cui maiorem sollicitudinem præstare deberem. Nam in cæteris actionibus existimationi hominū diligentia tantum & fides nostra in hac etiam pietas subiicietur. Inde & liber creuit dū ornare patriā & amplificare gaudemus: pariterq; & defensioni eius deseruimus & gloriæ: Tu tamē hæc ipsa q̄tum ratio exegerit reseca. Quotiens enim ad fastidiū legentum delitiasq; respicio intelligo nobis commēdationem libri & ex ipsa mediocritate petendā. Idem tamen qui a te hanc austeritatem exigo cogor id quod diuersum est postulare ut in plerisq; frōtē remittas. Sūt enim quædam adulescentiū auribus danda præsertim si materia non refrigetur: Nam descriptiones locorum quæ ī hoc libro frequētiores erunt non historice tantum sed prope poeticæ prosequi fas est. Quod tamen si quis extiterit qui putet nos latius fecisse q̄ orationis facultas exigat: huius ut ita dixerī tristiciā reliquæ partes actionis exorare debebunt: amici certe sumus ut quælibet diuersa genera lectorum perplures dicendi species teneremus: Ac sicut ueremur ne quibusdam pars aliqua secundum suam cuiusq; naturam non probetur: ita uidemur posse confidere ut uniuersitatē omnibus uarietas ipsa cōmendet. Nā & in ratione ipsa conuiuiorum quamuis a plerisq; cibis singuli temperemus: totam tamē cænam laudare solemus ōnes nec ea quæ stomachus noster recusat adimūt gratiam illis a quibus capitur. Atq; hæc ego sic accipi uolo: non tanquam assecutum esse me credā sed tanquam assequi laborauerim: Fortasse non

frustra si modo tu curam tuam admoueris interim mox iis quæ sequentur dices te non posse satis diligēter id facere : nisi prius totam actionem cognoueris. Fateor impræsentia tamen & ista tibi familiariora fient : & quædam ex his talia erunt ut per patres emendari possint. Etsi enim auulsū statuæ caput aut membrum aliquod inspiceres : non tu quidem ex illo posses congruētiam æqualitatemq; deprehendere : posses tamen iudicare an id ipsum satis elegans esset. Nec alia ex causa principiorum libri circunferuntur. q̄ quia existimatur pars aliq̄ etiā sine cæteris esse perfecta. longius me prouexit dulcedo quædam tecum loquendi. Sed iam finem faciam ne modum quem etiam orationi adhibēdū puto : in epistola excedam. Vale.

C. Plinius Auito suo salutem.

LOngum est altius repetere nec refert quemadmodū acciderit ut homo minime familiaris cœnarem apud quendam ut sibi uidetur lautum & diligentem : Vt mihi sordidū simul & sumptuosū. Nam sibi & paucis opinia quædam : Cæteris uilia & minuta ponebat. uinum etiā paruulis lagūculis in tria genera descripserat : non ut potestas eligēdi. Sed ne ius esset recusandi. Et aliud sibi & nobis : aliud minoribus amicis : Nam gradatim amicos habet aliud suis nostrisq; libertis animaduertit qui mihi proximus recumbebat. Et an probarē interrogauit : Negaui. tu ergo inquit quā consuetudinē sequeris ? Eadem omnibus pono. Ad cœnā enim non ad notā inuito. cunctisq; rebus exequo : quos

mensa & thoro æquari. Etiam ne libertos? etiam conuictores enim tunc non libertos puto. Et ille: magni tibi constat? Minime. qui fieri potest. qa scilicet liberti mei non idem quod ego bibunt: sed idem ego quod liberti. Et hercule si gulæ temperes non est onerosum quo utaris ipse communicare cũ pluribus. Illa ergo repriměda: illa quasi in ordině redigenda est si sumptibus parcas. quibus aliq̃ndo rectius tua continentia q̃ aliena contumelia cõsulas Quorsus hæc? ne tibi optimæ indolis iuueni quorundã ĩmensa luxuria spetiem frugalitatis ĩponat conuenit autem amori in te meo quotiens tale aliqd inciderit sub exemplo præmonere quid debeas fugere. Igitur memento nihil magis esse uitandum quam istam luxuriæ & sordium nouam societatem quæ cũ sint turpissima discreta ac seperata turpius iunguntur. Vale.

C. Plinius Macrino suo salutem.

VEri a senatu Vestricio prĩcipe auctore Spurinæ triumphalis statua decreta est non ita ut multis qui nũquam in acie steterunt: nunquam castra uiderunt: nunquam deniq; turbarum sonũ nisi in spectaculis audierunt: Verum ut illis qui decus istud sudore & sãguine & factis assequebãtur Nã Spurina brueterum regem ui & armis ĩduxit in regnum ostentatoq; bello ferocissimam gentem quod est pulcherrimũ uictoriæ genus terrore prædomuit: & hoc quidem uirtutis præmium. Illud solatium doloris accepit qui filio eius Coctio quẽ amisit absens habitus est. Honor statuæ rarum id

in iuuene: Sed pater hoc quoq; merebatur: cuius grauissimo uulneri magno aliquo fomento medēdum fuit. Præterea Coctius ipse tam clarū specimē indolis dederat: ut uita eius breuis & angusta debuerit hac ueluti īmortalitate perfrui. Nam tanta ei grauitas: auctoritas: sāctitas etiā ut posset senes illos prouocare uirtute quibus nunc honore adæquatus est. Quo quidem honore quantum ego interpretor non modo defuncti memoriæ dolori patris uerū etiam exemplo prospectum est: acuent ad bonas artes iuuentutem adulescentibus ut digni sit modo tanta præmia constituta: acuent principes uiros ad liberos suscipiendos & gaudia ex superstitibus & ex amissis tam gloriosa solatia. His ex causis statua Coctii publice lætor: nec priuatim minus amaui consummatissimum iuuenem tam ardenter quam nunc inpacienter requiro: Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem eius subinde intueri: sub inde respicere: sub hac consistere præter hanc commeare. Etenim si defunctorum imagines domi positæ dolorem nostrum leuant: quanto magis eæ quibus in celeberrimo loco nō modo speties & uultus illorum sed honos & gloria refertur. Vale.

C. Plinius Caninio suo salutem.

Studes? an piscaris? an uenaris? an simul ōnia? possūt enī omnia simul fieri ad larium nostrum: Nam lacus pisces: feras siluæ: quibus lacus cingitur. Studia altissimus iste secessus affatim suggerit: Sed siue omnia simul siue aliquid facias non possum dicere: inuideo: angor tamen

non & mihi licere : quæ sic concupisco : ut æger uinum balnea fontis. Nũquam hos ne arctissimos laqueos : si soluere negatur abrumpam nunquam puto. Nã in ueteribus negociis noua accrescunt : nec tamen priora peraguntur : tot nexibus tot quasi cathenis maius indies occupationũ agmẽ extẽdit.

C. C. Plinius Apollinari suo salutem.

Anxium me & inquietum habet petitio Sexti Euritii mei : afficior cura & quam pro me solicitudinem non adii : quasi pro me altero patior & alioquin meus pudor mea existimatio mea dignitas in discrimen adducitur. Ego sexto latum clauum a Cæsare nostro ego quæsturam impetraui meo suffragio peruenit ad ius tribunatus petendi quem nisi optinet in senatu : uereor ne decepisse Cæsarem uidear. Proinde adnitendum est mihi ut talem omnes eum iudicẽt qualem eum esse prĩceps mihi credidit : quæ causa si studium meum non incitaret adiutum tamen cuperem iuuenem probissimum : grauissimum eruditissimũ & omni denique laude dignissimum : Et quidem cum tota domo : Nã pater eius Euritius clarus uir sãctus antiquus disertus atq; in agendis causis exercitatus quas summa fide : pari constantia : nec uerecundia minore defendit : habet auunculum. C. Septiciũ quo nihil uerius : nihil simplicius : nihil cãdidius nihil fidelius noui : Omnes me certatim & tamen æqualiter amant : omnibus nunc ego in unum referre gratiã possũ. Itaq; prehenso amicos supplico ambio domos : stationes circumeo : quantumque

uel auctoritate uel gratia ualeam precibus experior Te quoq; obsecro ut aliquam oneris mei partem suscipere tanti putes: reddam uices si reposces: redda & si ne reposces: diligeris: coleris: frequẽtaris. Ostende modo uelle te nec deerunt qui quod tu uelis cupiant. Vale.

. C. Plinius Octauio suo salutem.

HOminem te patientem uel potius durum ac pene crudelem qui tam insignes libros tam diu teneas: Quousq; tibi & nobis inuidebis? tibi maximas laudes nobis uoluptates. Sine per ora hominum ferantur iisdemq; quibus Romana ligua spatiis peruagẽtur. Magna etiã longaq; expectatio est? quam frustrari adhuc & differre non debes. Enotuerunt quidam tui uersus & inuito te claustra tua refregerũt: hos nisi retrahis in corpus quãdoq; ut errones aliquem cuius dicantur inuenient. Habe ante oculos mortalitatem a qua asserere te uno monumento potes. Nam cætera fragilia & caduca nõ minus quam ipsi homines occidunt desinuntque: Dices ut soles amici mei uiderint: opto equidem amicos tibi tam fideles: tam eruditos: tam laboriosos ut tantũ curæ intentionisq; suscipere & possit & uelint. Sed dispice ne sit parum prouidum sperare ex aliis quod tibi ipẽ nõ præstes: & de æditione quidem interim ut uoles recita saltem quo magis libeat emittere: utque tandem percipias gaudium quod ego olim pro te non temere præsumo: Imaginor enim qui concursus: quæ admiratio te qui clamor quod etiam silentium maneat: quo ego cũ

dico uel recito non minus quam clamore delector. Sit modo silentium acre & intentum & cupidum ulteriora audiendi: hoc fructu tãto tã parato desine studia tua infinita ista cunctatione fraudare: quæ cum modum recedit uerendum est ne inertiæ & desidiæ uel etiam timiditatis nomen accipiat.

C. Plinius Arinio suo salutem.

SOl& esse gaudio tibi si quid acti est in senatu ordine illo dignũ: q̃uis enim quietis amore secesseris: insidet tamẽ animo tuo maiestatis publicæ cura. ergo accipe quod per hos dies actum est ꝑsonæ claritate famosũ: seueritate exẽpli salubre: rei magnitudine æternum. Marius priscus accusantibus afris quibus pro cons. præfuit. Omissa defensione iudices petit. Ego & Cornelius tacitus adesse prouintialibus iussi: existimauimus fidei nostræ conuenire notum senatui facere excessisse priscum ĩmanitate & seuitia crimina quibus dari iudices possent cum ob innocentes cõdemnandos: interficiendos etiam pecuias accepiss& respondit frontocatius deprecatusq; est ne quid ultra repetundarum legem quæreretur: omniaque actionis suæ uela uiro mouẽdarum lachrymaꝝ peritissimo quodã uelut uento miserationis impleuit. Magna contentio: Magni utrinque clamores: aliis cognitionem senatus lege cõclusã: aliis liberam solutãq; dicentibus quantumq; admisisset Reus tantũ uindicandum. Nouissime consul designatus Iulius ferox uir rectus & sanctus Mario quidem iudices interim censuit dandos: euocandos autem quibus

diceretur ĩnocentiũ pœnas uẽdidisse : quæ sentẽtia non præualuit modo : sed omnino post tantas dissensiones fuit sola frequens : adnotatumque est experimentisq; pauor & misericordia acres & uehementes primos ĩpetus habent : paulatĩ consilio & ratione quasi restincta considunt : Vnde euenit ut quod multi clamore permixto tuentur : nemo tacentibus cæteris dicere uelit . patescit enim cum seperaris a turba contemplatio rerum quæ turba teguntur : uenerunt qui adesse erant iussi Vitelius honoratus : & Flauius Martianus : ex q̃bus honoratus trecentis millibus exilium equitis Romani septemq; amicorum eius ultimam pœnam : Martianus unius equitis Romani septingentis milibus plura supplicia arguebat̃ emisse : erat enĩ fustibus cæsus : Damnatus in metallum : strangulatus in carcere : Sed honoratum cognitioni senatus mors opportuna subtraxit . Martianus ĩductus est absẽte prisco . Itaque tutius cerealis consularis iure senatorio postulauit ut priscus certior fieret . Siue quia miserabiliorẽ ~~siue quia inui~~diosiorẽ fore arbitrabat̃ ~~si præsens fuisset : siue~~ (quod maxime credo) quia æquissimum erat commune crimen abutroq; defẽdi : & si dilui nõ potuisset in utroq; puniri . Dilata est res in proximum senatum : cuius tempore conspectus angustissimus fuit princeps præsidebat : erat enim consul adhuc Ianuarius mensis cum cætera tũ præcipue senatorꝶ frequentia celeberrimus præterea causæ ãplitudo auctaq; dilatione expectatio & fama insitumque mortalibus studiũ : magna

& inusitata noscendi omnes undique exciuerat : imaginare quæ sollicitudo nobis : qui metus : qbus super tanta re in illo cœtu præsente Cæsare dicendum erat. Equidem in senatu non semel egi : quin immo nusquam audiri benignius soleo : tunc me tamen ut noua omnia nouo metu perpræmouebāt obuersabaturq; (præter illa quæ supra dixi) causæ difficultas : stabat modo consularis : modo septēuir : Epulonum iam neutrum. Erat igitur perquam onerosum accusare damnatum quem ut premebat acrocitas criminis ita quasi pacte miseratio damnationis tuebatur : ut cunque tamen animum cogitationemque collegi : Cœpi dicere non minore audientium cōsensu quam sollicitudine mea : dixi horis pene quinq;. Nam. xxii. clepsydris quas spaciosissimas acceperam sunt additæ quatuor : Adeo illa ipā quæ dura & aduersa dicturo uidebāt secunda dicenti fuerunt. Cæsar mihi tantū studiū tātam curam etiam (nimium est enim dicere sollicitudinem) præstitit : ut libertum meum post me stantem sæpius āmoneret uoci lateriq; consulerem cum me uehementius putaret intendi quam gracilitas mea perpeti posset. Respondit mihi pro Martiano Claudius Marcellinus missus deinde senatus & reuocatus inposterum. Neq; enim iam inchoari poterat actio nisi noctis interuentu scinderet̃. Postero die dixit ꝓ Mario saluius liberalis uir subtilis : dispositus : acer : disertus. In ipā uero causa ōnes artes suas protulit. Respōdit Cornelius tacitus eloquentissime & quod eximium orationi

eius inest. ¶ Dixit pro Mario rursus
Frōtocatius insigniter utq; iam locus ille poscebat
plus in precibus temporis quam in defensione cō-
sumpsit. huius actionē uespera inclusit: non tamē
sic ut abrumpet: Itaque in tertium diem ꝓbationes
exierunt. Iam hoc ipsum pulchrum & antiquum
senatum nocte dirimi triduo reuocari triduo con-
tineri. Cornutus tertullus consul designatus uir
egregius & pro ueritate firmissimus censuit septī-
genta millia quæ acceperat Marius ærario īferēda
Mario urbe italiaque interdicendum. Martiano
hoc amplius Africa in fine sententiæ adiecit: qui
ego & tacitus iūcta aduocatione dilıgēter fortiterq;
functi essemus arbitrari senatum: ita nos fecisse ut
dignum mandatis partibus fuerit assenserunt con-
sules designati omnes etiam consulares usque ad
Pompeiū collegā: ille & septingenta millia ærario
inferenda & Martianū in quinquēnium relegandū
Marium repetundarum pœnæ quam iam passus
esset censuit relinquendum: Erant in utraq; sen-
tentia multi fortasse etiā plures in hac uel solutiore
uel molliore Nam quidam ex illis quoque qui
Cornuto uidebantur assensi hunc qui post ipsos
censuerat sequebātur. Sed cum fieret dissensio qui
sellis consulum astiterant: in Cornuti sententiam
ire cœperunt: Tum illi qui se collegæ annumerari
patiebantur in diuersum transierunt. collega cum
paucis relictus multum postea dedit impulsoribus
suis præcipue de Regulo questus est qui se ī sētētia
quam ipse dictauerat deseruiss&. Est alioquin tam

mobile ingenium Regulo ut plurimum audeat: plurimũ timeat. hic finis cognitionis amplissime superest tamen non leue hostilius. firminus. Legatus Marii prisci quipmixtus causæ grauiter uehementerque uexatus est. Nam & rationibus Martiani & sermone quẽ ille habuerat ĩ ordine leptitanorum operam suam prisco ad turpissimum ministerium commodasse: stipulatusq; de Martiano quinquaginta millia denariorum. Probabatur ipse præterea accepisse sestertia decem millia. Fœdissimo quidẽ titulo nomine unguẽtarii Qui titulus a uita hominis compti semper & pumicati non abhorrebat. Placuit censente Cornuto referri de eo proximo senatu. Tunc enĩ casu ĩcertũ an conscientia affuerat. Habes res urbanas: inuicẽ rusticas scribe: quid arbusculæ tuæ: quid uineæ: quid segetes agunt: quid oues delicatissimæ. In summa nisi æque longam epistolam reddis: non ẽ quod postea nisi breuissimam expectes.

C. Plinius Arrinio suo salutem.

Illud quod supesse Marii prisci causæ pximæ scripserã nescio an satis circumcisum tamẽ & abrasũ est. firminus ĩductus in senatum. Respondit crimini noto: secutæ sunt diuersæ sententiæ consulum designatorum. Cornutus tertullus censuit ordine mouendũ. Acutius nerua in sortitione prouintiæ ratiouem eius non habendam. Quæ sententia tanquam mitior uicit cum sit alioquĩ durior tristiorq;: Quid enim miserius quã exectũ & exẽptum honoribus senatoriis

labore & molestia non carere? Quid grauius quã tanta ignominia affectum non in solitudine latere? Sed in hac altissima specula cõspiciendum se mõstrandumq; præbere: præterea quid publice minus aut congruens aut decorum notandum a senatu in senatu sedere: illisque ipsis a quibus sic notatus æquari? & summotum a proconsulatu quia se in legatione turpiter gesserat de proconsulibus iudicare damnatum sordiũ uel damnare alios uel absoluere sed hoc pluribus uisum est. Numerantur enim sententie non ponderantur. nec aliud in consilio publico fieri potest: In quo nihil est tam inæquale quam æqualitas ipsa: Nã cum sit impar prudentia par omnium ius est: Impleui promissum priorisq; epistolæ fidem exolui: quam ex spatio temporis iã recepisse te colligo. Nam festinanti & diligenti tabellario dedi nisi quid impedimẽti in uia passus est. Tuæ nunc partes ut primum illam deinde hãc remuneres litteris. Quales istinc redire uberrime possunt. Vale.

C. Plinius Prisco suo salutem.

ET tu occasiones obligandi me auidissime amplecteris: & ego nemini libentius debeo. duabus ergo de causis a te potissimum petere constitui quod impetratũ maxime cupio regis exercitũ amplissimum: Hinc tibi beneficiorum larga materia: longum præterea tempus: quo amicos tuos exornare potuisti: cõuertere ad nostros nec hos qdẽ multos. Malles tu quidẽ multos sed meæ uerecũdiæ sufficit unus aut alter ac potius unus. Is erit uocoius

Romanus pater Plinii in equestri gradu clarus: Clarior uitricus immo pater alius. nã huic quoq; nomini pietate successit mater. E primis ipse citerioris Hispaniæ scis quod prouĩtiæ iudiciũ illius: scis quanta sit grauitas flamen proxime fuit. hunc ego cũ simul studeremus arcte familiariterq; dilexi. Ille meus in urbe: ille in secessu contubernalis. Cũ hoc seria: cum hoc iocos miscui: Quid enim aut illo fidelius amico: aut sodale iucundius? mira in sermone mira etiã in uultu suauitas. Ad hoc ĩgenium excussum subtile dulce facile eruditum in causis agendis. Epistolas quidem scribit ut musas ipsas latine loqui credas. Amatur a me plurimũ nec tamen uincitur: Equidem iuuenis statĩ iuueni quantum potui per ætatem auidissime contuli: & nuper ab optimo principe trium liberorũ ius impetraui. quod quanquam parce & cum dilectu dar& mihi tamen tanquã eliger& in dulsit: hæc beneficia mea tueri nullo modo melius q̃ ut augeam possum præsertim cum ipse illa tam grate interpretetur ut dum priora accipit posteriora mereatur. habes q̃lis quam probatus carusq; sit nobis. Quem rogo pro ingenio ꝓ fortuna exornes tua. In primis ama hominem. Nam licet tribuas ei quãtum amplissimũ potes nihil tamen ãplius potest amicitia tua: cuius esse eum usq; ad intimam familiaritatem capacem quo magis scires breuiter tibi studia mores omnẽ deniq; uitã eius exp̃ssi. extenderẽ preces nisi & tu rogari diu noles & ego tota hoc epistola fecissẽ: Rogat enĩ & q̃dẽ efficacissime q reddit causas rogãdi.

C. Plinius Maximo suo salutem.

Verum opinaris distringor centumuiralibus causis quae me exercent magis quam delectant Sunt enim pleraeque prauae & exiles. Raro icidit uel psonarum claritate uel negotii magnitudine insignis ad hoc ppauci cum qbus iuuat dicere caeteri audaces atque etiam magna ex parte adolescentuli obscuri ad declamandum huc transeunt tam irreuerenter: & temere ut mihi Attilius nr expresse dixisse uideatur sic in foro pueros a centumuiralibus causis auspicari ut ab homero in scholis. Nam hic quoque ut illic primum coepit esse quod maximum est: at hercule ante memoriam meam ita maiores natu solent dicere ne nobilissimis quidem adolescentulis locus erat nisi aliquo consulari producente: tanta ueneratione pulcherrimum opus colebatur. nunc refractis pudoris & reuerentiae claustris omnia patent omnibus. Nec inducuntur sed irrumpunt sequuntur auditores actoribus similes conducti & redempti mancipes. conuenitur a conductis & redemptis in media basilica tam palmam sportulae quam in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede transitur: Inde iam non inurbane

uocantur iisdem latinum nomen impositum est laudiceni: & tamen crescit indies foeditas utraque lingua notata. Heri duo nomendatores mei habent sanae aetatem eorum qui nuper togas sumpserunt: ternis denariis ad laudandum trahebantur: tanti constat: ut diserti simus hoc praecio quam lib& numerosa subselia implentur hoc inges corona colligitur

hic infiniti clamores cõmouẽtur cum mesechorus dedit hoc signũ opus est enim signo apud nõ intelligentes ne audientes quidem. Nam pleriq; non audiunt nec illi magis laudant. si quando transibis per basilicam & uoles scire quo modo quisq; dicat. nihil est quod tribunal ascẽdas nihil quod tu pbeas aurem facilis diuinatio. Scito eum pessime dicere qui præcæteris laudabitur maxime: primus hunc audiendi morẽ induxit. Largius licinius hactenus tamen ut auditores corrogaret. Ita certe ex Q uintiliano præceptore meo audisse memini. narrabat autem ille assectabar domitium afrum cum apud centumuiros diceret grauiter & lente. hoc enim illi actionis genus erat. audit ex proximo inmodicum insolitumq; clamorẽ admiratus reticuit: ubi silẽtium factũ est repetit quod abruperat. Iter clamor iterum reticuit. Et post silentium cœpit idẽ tertio nouissime quis diceret quæsiit. Responsũ est licẽtius tũ itermissa causa centũuiri inqt hoc artificiũ perit quod alioquin perire incipiebat cum perisse afro uideretur. Nunc uero prope fũditus extinctũ & euersum est: pud& referre: quæ quam fracta pronũciatione dicantur quibus quã teneris clamoribus excipiantur plausus tantum ac sola cymbala & tympana illis canticis desunt ullulatus quidem (nec enim alio uocabulo potest exprimi) theatris quoq; indecora laudatio large superest. Nos tamẽ adhuc & utilitas amicorum & ratio ætatis moratur ac retin&. Veremur enĩ ne forte nõ has ĩdignitates reliquisse sed laborẽ fugisse uideamur. Sumus tamẽ

solito rariores quod initium est gradatim desinēdi

C. Plinius Valeriano suo salutem.

QVo modo te ueteres marsi tui? Quo modo emptio noua placent agri postquam tui facti sunt? Rarum id quidem. nihil enim æque gratū est adeptis quā concupiscentibus. me prædia materna parum commode tractant delectant tamē ut materna: alioquī lōga pacientia occalui. aliis habes hunc finem assiduæ quærelæ ꝙ queri pudet.

C. Plinius Anniano suo salutem.

TV quidem pro cætera tua diligentia admones me codicillos atiliani q me ex parte īstituit hæredē ꝓ nō scriptis habēdos. qa nō sint cōfirmati testamento quod ius ne mihi quidem ignotum est cū sit iis etiā notum qui nihil aliud sciūt: sed ego propriam quandam legem mihi dixi ut defunctoꝝ uoluntates etiam si iure deficerent quasi perfectas tuerer: Cōstat autem codicillos istos atiliani manu scriptos: Lic& ergo non sint confirmati testamēto a me tamen ut confirmati obseruabuntur: Præsertī cum delatori locus nō sit. Nam si uerendum ess& ne quod ego dedissem populus eriper& cunctatior fortasse & cautior esse deberem. Cum uero liceat hæredi donare quod in hæreditate subsedit: nihil est quod obstet illi meæ legi cui publicæ leges non repugnant. Vale.

C. Plinius Gallo suo salutem.

MIraris cur me laurētinū uel si ita mauis laurēs meū tātope delectet? desines mirari cū cognoueris gratiā uillæ? opportunitatem loci: littoris

ſpatium: decem & ſeptem millibus paſſuũ ab urbe ſeceſſit ut peractis quæ agenda fuerint ſaluo iam & cõpoſito die poſſis ibi manere Additur non una uia Nam & laurentina & hoſtienſis eodem ferunt ſed laurentina a quarto decimo lapide hoſtienſi ab undecimo relinquẽda eſt. Vtrinq; excipit iter aliq̃ ex parte arenoſum iunctis paulo grauius & lõgius equo breue & molle uaria hinc atq; inde facies: Nã modo occurrentibus ſiluis uia coartatur: modo latiſſimis pratis diffũdit & pateſcit. multi greges ouium: multa ibi equorum bouumq; armenta quæ montibus hyeme depulſa herbis & tempore uerno niteſcũt. uilla uſibus capax: Non ſũptuoſa tutela cuius in prima parte atriũ fungi nec tamẽ ſordidũ deinde porticus in. O. litteræ ſimilitudine: circũ actæ qbus paruula ſed feſtiua area ĩcluditur: egregium hæ aduerſum tempeſtates receptaculum nã ſpecularibus ac multo magis imminentibus tectis muniuntur. Eſt cõtra medias cauediũ hilare mox triclinium ſatis pulchrum quod in littus excurrit: ac ſi quando Africo mare impulſum eſt fractis iã & nouiſſimis fluctibus leuiter adluitur. Vndique ualuas atq; feneſtras non minores ualuis habet atq; ita a lateribus a fronte quaſi tria maria proſpectant A tergo cauendium porticum areã porticũ rurſus mox atrium ſiluas & lõginquos reſpicit montis huius a leua retractius paulo cubiculum eſt amplũ: Deinde aliud minus: quod altera feneſtra admittit orientem admittit occidentem altera retin&. hæc & ſubiacens mare longius quidẽ ſed ſecurius ĩtuet̃

huius cubiculi & illius triclinii obiectu includitur angulus: qui purissimum solē contin& & accendit hoc hibernaculum hoc etiam gymnasium meorū est. Ibi omnes silent uenti exceptis qui nubilum inducunt & serenum antequam usum loci eripiūt Adnectitur āgulo cubiculum in aspida curuatum quod ambitum solis fenestris omnibus sequitur parieti eius ī bibliothecæ speciem armariū insertū est q̄ nō legendos libros sed lectitandos capit adhæret dormitorium membrum & transitu interiacente qui suspēsus sublatus cōceptum uaporem salubri tēperamēto: huc illucq; digerit & ministrat. reliqua pars lateris huius seruorum libertorumq; usibus detinetur plerisq; tam mundis ut accipere hospites possit. ex alio latere cubiculum est politissimum deinde uel cubiculum grande uel modica cœnatio quæ plurimo sole plurimo mari luc&. Post hanc cubiculum cum proceriore altitudine æstiuum munimento hibernum. Est enim subductū oībus uentis: Huic cubibulo aliud proceriori communi pariete iungūtur īde balinei cella frigidaria spaciosa & effusa cuius in contrariis parietibus duo baptisteria uelut eiecta sinuātur abunde capacia sin mare in proximo cogites: adiac& unctuariū hipocaustum adiacet propingeō balinei. Mox duæ cellæ magis elegantes quam sumptuosæ. cohær& calida piscina mirifice ex qua natantes mare aspiciunt Nec ꝑcul sphæristeriō quod calidissimo soli inclinato iam die occurrit hinc turris erigitur sub qua Zetæ duæ totidem ī ipsa. præterea cœnatio quæ

Xristus ...
Triclinium

latissimũ mare lõgissimũ littus amœnissimas uillas ꝓspicit. Est & alia turris ĩ hac cubiculũ quo sol nascit̃ cõditurq; lata post apotheca & horreũ. Sub hoc tricliniũ quod turbati maris non nisi fragorẽ & sonũ patitur eũq; iã languidũ ac desinentẽ ortum & gestationẽ uidet q̃ ortus ĩcludit̃ gestatio buxo. aut rore marino ubi deficit buxus ãbitur. Nã buxus q̃ parte defendit̃ tectis abũde uir& aperto cœlo aptoq; uento & q̃q̃ longiq̃ aspergine maris iarescit adiacet gestationi interiore circuitu uinea tenera & ũbrosa nudisq; etiã pedibus mollis & cedens ortũ morus & ficus freq̃uẽs uestit q̃ꝝ arboꝝ illa uel maxime ferax est terra malignior cæteris ac nõ deteriori q̃ maris facie cœnatio remota a mari fruit̃. Cingitur Zetis duabus a tergo q̃ꝝ fenestris subiacet uestibulũ uile & ortus alius piguior & rusticus. hic cryptoporticus ꝓpe publici opis extenditur. Vtrinq; fenestræ a mari plures ab orto singulæ & alterius pauciores Hæ cũ serenus dies & ĩmotus õnes cũ hinc uel inde uetus inqetus q̃ uenti qescunt. Sine iniuria patent ante cryptoporticus: Xistus uiolis odoratus teporẽ solis ĩfusi repcussi cryptoporticus aug& quæ ut tenet solẽ sic aqlonẽ ĩhibet submouetq; quantu mcũq; caloris ante tãtũ retro frigoris similiter Africum sistit atq; ita diuersissimos uẽtos aliũ alio latere frãgit & finit hæc iucũditas eius hyeme maior æstate: Nã ãte meridiẽ xistũ post meridiẽ gestationes ortiq; proximã partẽ ũbra sua temperat: quæ ut dies creuit decreuitq; ut dies mõ breuior mõ lõgior hac uel illac cadit Ipã uero cryptoporticus tũc maximæ

car& sole cū ardētissimus culmini eius īsistit: Ad
hoc patētibus fenestris fauoios accipit trāsmittitq;
nec unq̄ aere pigro & manēte ingrauescit. In capite
xisti deīceps cryptoporticus orti Zeta ē amores mei
reuera amores ipe posui: In hac eliocaminus qdem
alia Xistū alia mare utraq; soles. cubiculū autē ual-
uis .cryptoporticum fenestra prospicit mare cōtra
parietē mediū Zeta p q̄ ellegāter recedit: quæ spe-
cularibus & uelis obductis reductisue mō adiicitur
cubiculo mō aufertur lectū & duas cathedras cœpit
a pedibus mare a tergo uille a capite siluæ tot facies
locoꝝ totidē fenestris & distinguit & miscet. Iūctū
est cubiculū noctis & sōni non illud uoces seruoloꝝ
nō maris murmur nō tēpestatū motus nō fulguꝝ
lumē ac ne diē qdē sētit nisi fenestris aptis tam alti
abditiq; secreti illa ratio quod īteriacēs andrō pa-
rietē cubiculi ortiq; distiguit Atq; ita ōnē sōnum
media ianitate cōsumit applicitū est cubiculo Hi-
pocaustō p exiguū quod āgusta fenestra suppositū
calorē ut rō exigit aut effūdit aut retinet ꝓcetō deī-
de ac cubiculū porrigit̄ īsolē quē orīētē stati exceptū
ultra meridiē obliquū qdē sed tamē seruat. In hāc
ergo zetā cū me recipio: ab eē mihi etiā a uilla mea
uideor. Magnāq; eius uoluptatē ecce saturnalibus
p̄cipue capio cū reliq̄ pars tecti licētia dieꝝ festisq;
clamoribus p̄sonat Nā nec ipse meoꝝ lusibus nec
illis studiis meis obstrepūt hæc utilitas: hæc amœ-
nitas deficitur aq̄ saliēti sed puteos ac potius fontis
habet: sūt enī īsūmo & omnino littoris illius mira
nat̄a quocūq; loco moueris humū obuius & paratus

humor occurrit ifq; ficerus ac ne leuiter qdẽ tanta maris uicinitate corruptus. Suggerũt affatĩ ligna proximæ filuæ cæteras copias hoftiẽfis colonia miniftrat frugi qdẽ hoĩni fufficit etiã uicus quẽ una uilla difcernit ĩ hoc balinea meritoria tria. Magna cõmoditas fi forte balineũ domi uel fubitus aduẽtus uel breuior mora calefacere diffuadeat. Littus ornãt uarietate grauiffima nunc cõtinua nunc ĩtermiffa tecta uillarũ quæ præftãt multarũ urbiũ faciẽ fiue ipo mari fiue ipfo littore utare quod nõunq̃ lõga tranquillitas mollit fæpius freqũes & contrarius fluctus ĩdurat. mare non fane preciofis pifcibus abundat foleas tamen & exquillas optimas egerit Villa uero nrã etiã mediterraneas copias præftat lac ĩ primis Nã illuc e pafcuis pecora cõueniũt fi q̃ndo aquam umbrãue fectãtur. Iuftis ne de caufis eũ tibi uideo ĩcolere inhabitare diligere fecessum quẽ tu minus urbanus es nifi cõcupifcis atq; utinã cõcupifcas ut tot tã tifq; dotibus uillulæ noftræ maxima cõmendatio ex tuo contubernio accedat.

C. Plinius Mario suo salutem.

Quid a te iocundius mihi potuit iniungi quã ut præceptorẽ fratris tui liberis quærerẽ Nã & beneficio tuo in fcholam redeo. Et illam dulciffimam ætatem quafi refummo fedeo inter iuuenes ut folebam. Atque etiam experior quantum apud illos auctoritatis ex ftudiis habeã Nam ꝓxime frequẽti adiutorio ĩter fe corã multi ordinis nrĩ clare iocabãtur intraui cõticuerũt Quod num referrem nifi ad illorum magis laudẽ quã ad meã pertiner&.

Ac nisi sperare te uellem posse fratris tui filios ꝓbe
discere quod superest cum omnis qui profitentur.
audiero quid de quoq; sentiam scribam efficiamq;
quantum tamen epistola consequi potero ut ipse
omnes audisse uidearis. debeo enim tibi: debeo me-
moriæ fratris tui hanc fidem hoc studiũ præsertim
super tanta re nam qd magis interest nostra quam
ut liberi dicerem tui nisi nunc illos magis amares.
Et ut digni illo patre patruoq; reperiantur quam
curam etiam si mihi non mandasses uindicassem.
Nec ignoro suscipiendas offensas in eligendo præ-
ceptore. Sed oportet me nõ modo offensas uerum
etiam simultates pro fratris tui filiis tam æquo aĩo
subire quam parentes pro suis. Vale.

C. Plinius Cereali suo salutem dicit.

Hortaris ut orationẽ amicis pluribus recitem
faciam q̃ hortaris quãuis uehementer addu-
bitẽ neq; enim me præterit actiones quæ recitentur.
impetum omnem calorem ac prope nomen suum
perdere q̃s ut soleant cõmendare simul & accẽdere
iudicum cõsensus celebritas aduocatoꝝ expectatio
euentus fama non minus actoris diductumque in
partis audientium studium ad hoc dicentis gestus
incessus discursus etiã omnibusq; motibus animi
consentaneus uigor corporis unde accidit. ut hi
qui sedentes agunt quãuis illis maxima ex parte
supersint eadem illa quæ stantibus tamẽ hoc quod
sedent q̃si debilitentur & deprimãtur. recitantium
uero præcipua pronunciationis adiumenta oculi
manus præpediũtur. Quominus miꝝ ẽ si auditoꝝ

intentio relanguescit. nullis extrinsecus aut blan-
dimentis capta aut eculeis excitata. his accedit ꝙ
oro̅ de qua loquor pugnax & inte̅tiosa est. porro ita
natura comparatum est ut ea quæ scripsimus cum
labore etiam cum labore audiri putemus. Et sane
quotus quisq; tam rectus auditor quem no̅ potius
dulcia hæc & sona̅tia quam austera: & pressa delec-
tent. Est quidem omnino turpis ista discordia est
tame̅ quod pleru̅q; euenit: ut aliud auditores: aliud
iudices exigant: cu̅ alioquī præcipue auditor affici
debeat qbus ide̅ si forte iudex maxīe ꝑmoueretur.
potest tamen fieri ut quanq̅ in his difficultatibus
libro isti nouitas lenocinetur nouitas apud nostros
apud græcos eim est quiddam quamuis ex diuerso
no̅ tamen omnino dissimile. Na̅ ut illis erat moris
leges quas ut contrarias prioribus legibus arguebāt
aliarum collatione conuincere: ita nobis esse repe-
tundarum legi quod postularemus cum hac ipsa
lege cu̅ aliis colligendu̅ fuit quod nequaq̅ blandum
auribus imperitorum tanto maiorem apud doctos
habere gratia̅ debet qua̅to minorem apud indoctos
habet. nos autem si placuerit recitare adhibituri
sumus eruditissimum quenque: sed plane adhuc
an sit recitandum examina tecum omnesque quos
ego moui in utraq; parte calculos pone: idq; elige in
quo uicerit ratio: a te enim exigetur nos excusabit
obsequium. Vale.

C. Plinius Caluisio suo salutem.

ESsem para: accipe aurea̅ fabulam: fabulas īmo
na̅ me priorum noua admonuit. Nec refert

a qua potissimum īcipiā. Verania Pisonis grauiter iacebat huius dico Pisonis quem Galba adoptauit ad hanc Regulus uenit primum impudentiam hominis q uenerit ad ægram cuius marito inimicissimus ipsi inuisissimus fuerat. Esto si uenit tantum at ille etiam proximus thoro sedit: quo die qua ora nata esset īterrogauit: ubi audiuit: cōponit uultū intendit oculos: mouet labra: agitat digitos: cōputat nisi ut diu miserā expectatione suspendat. habes inqt climatericum tempus. sed euades quod ut tibi magis liqueat aur spicem consulam quem sum frequenter expertus. Nec mora sacrificium facit affirmat exta cum siderum significatiōe congruere. Illa ut in periculo credula poscit codicillos legatum Regulo scribit mox ingrauescit: clamat moriens. O hominem nequam perfidum ac plus etiam quam periurum qui sibi per salutem filii peierasset: facit hoc Regulus non minus scelerate quam frequenter quod iram deorum quos ipse quotidie fallit in caput infelicis pueri detestatur. Velleuis Blesus ille locuples consularis nouissima ualitudine conflictabatur cupiebat mutare testamētum Regulus q speraret aliqd ex nouis tabulis: quia nuper captare eum cœperat medicos hortari rogare quoquo modo spiritum homini prorogarēt postq̄ signatum est testamētum mutat personam uertit ad locutionem iisdemque medicis quousque miserum cruciatis: quid inuidetis bonam mortem cui dare uitā non potestis: moritur Blesus & tanq̄ oīa audisset Regulo ne tantulum quidem sufficiūt

duæ fabulæ: an ſcholaſtica lege tertiam poſcis: eſt unde fiat. Aurelia ornata femina ſignatura teſtamētum ſumpſerat pulcherrimas tunicas Regulus cum ueniſſet ad ſignandum Ergo inquit has mihi leges Aurelia hoīem ludere putabat: ille ſerio inſtabat. nec multa coegit mulierē aperire tabulas ac ſibi tunicas quas erat induta legare: obſeruauit. ſcribētem inſpexit an ſcripſiſſet & Aurelia qdem uiuit: ille tamē iſtud tanquā moriturā coegit & hic hæreditates hic legata q̄ſi mereatur accipit

in ea ciuitate in q̄ iam pridem nō minora præmia īmo maiora nequitia & improbitas q̄ pudor & uirtus habēt. Aſpice Regulū qui ex paupere & tenui ad tantas opes p flagitia ꝓceſſit ut ipſe mihi dixerit cū cōſuleret q̄ cito ſextertium ſexcēties īpleturus eſſet īueniſſe ſe exta duplicata: qbus portēdi millies & ducēties habituꝝ & habebit ſi modo ut cœpit aliena teſtamēta quod eſt īprobiſſimū genus falſis ipſis quoꝝ ſunt illa dictauerit.

Incipit liber Tertius feliciter C. Plinius Caluiſio ſuo ſalutem plurimam dicit.

NEſcio an ullum iucūdius tempus exegerim quā quo nuper apud ſpurinam fui: adeo qdem ut neminem magis in ſenectute ſi modo ſeneſcere datum eſt æmulari uelim: nihil eīm ē illo genere uitæ diſtictius me autē ut certus ſideꝝ curſus: ita uita hoīm diſpoſita delectat: ſenum præſertim. Nā iuuenes

adhuc cõfusa quædam & quasi turbata non indecẽt senibus placida oĩa & ordinata conueniunt: quibus industria sera turpis ãbitio est: hanc regulã spurina cõstãtissime seruat. qui etiã ꝑua hæc si nõ quotidie fiant ordine quodã: & uelut orbe circunagit mane lectulo cõtinetur hora secunda calceos poscit ãbulat millia passuum tria: nec minus animum q̃ corpus exercet si adsunt amici honestissimi sermones explicãtur. Si nõ: liber legitur ĩterdũ etiã præsentibus amicis si tamẽ illi non grauẽtur. demũ considet: & liber rursus aut sermo potior libro mox uehiculũ ascẽdit: assumit uxorẽ singularis exẽpli uel aliquẽ amicoꝝ: ut me proxime: q̃ pulchrũ illud: q̃ dulce secretũ: q̃ntum ibi ãtiq̃tatis: quæ facta: quos uiros audias: quibus præceptis imbuare. Quãuis ille hoc temperamentũ modestiæ suæ indixerit ne præcipe uideatur pactis septẽ millibus passuũ iteꝝ ãbulat mille: iterũ residet uel se cubiculo uel stilo reddit. scribit eĩm & q̃dẽ utraq; lĩgua lyrica & doctissima: mira illis dulcedo: mira suauitas mira hilaritas cuius gratiã cumulat sanctitas scribentis: ubi hora balinei nunciata est est autem hyeme nona: æstate octaua. ĩ sole si caret uento ãbulat nudus. Deinde mouetur pila uehementer & diu: nam hoc quoq; exercitationis genere pugnat cũ in senectute locus occupat & paulisper cibum differt. interim audit legentem remissius aliq̃d & dulcius: per hoc omne tempus liberũ est amicis uel eadem facere. uel alia si malit. apponitur cœna nõ minus nitida q̃ frugi: in argento puro & antiquo: sunt in usu corinthia

quibus delectatur: & afficitur: freque͞ter comœdis cœna distinguitur: ut uoluptates quoq; studiis co͞diantur sumit aliqd de nocte & æstate: nemini hoc longum est tanta comitate conuiuium trahitur: inde illi post septimum & septuagesimu͞ annum auriu͞ oculoꝝq; uigor integer: inde agile & uiuidu͞ corpus solaq; ex senectute prudentia: hanc ego uitá uoto: & cogitatio͞e præsumo: i͞gressurus auidissime ut primu͞ ratio ætatis receptui canere permiserit: interim mille laboribus conteror quorum mihi & solatium & exemplum est. idem spurina: nam ille quoq; quoad honestum fuit obiit offam gessit magistratus ꝓuintias rexit: multoq; labore hoc otium meruit. Igitur eunde͞ mihi cursu͞ eunde͞ terminum statuo: idq; iá nu͞c apud te sub signo ut si me longius euehi uideris i͞ ius uoces ad hác epistolá meam et quiescere iubeas cu͞ inertiæ crime͞ effugero. Vale.

C. Plinius Maximo suo salutem.

QVod ipse aícis tuis obtulissem. Si mihi eade͞ materia suppeteret id nunc iure uideor a te meis petiturus Arianus maturus altinatium est princeps. Cum dico princeps non de facultatibus loquor quæ illi large supersunt: sed de castitate iustitia grauitate prudentia: huius ego consilio in negotiis: iudicio in studiis utor. Nam plurimum fide: plurimum ueritate: plurimum intelligentia præstat. Amat me (nihil possum dicere ardentius) ut tu. caret a͞bitu: ideo se in equestri gradu tenuit. Cum facile posset ascendere altissimu͞ mihi tamen ornandus excolendusque est / itaq; magni æstimo

dignitati eius aliqd astruere inopinantis: insciētis: immo etiā fortasse nolentis: astruere autē quod sit splendidum nec molestū cuius generis quæ prima occasio tibi cōferas in eū rogo: habebis me. habebis ipsum gratissimum debitorem. Quamuis eīm ista nō appetat: tā grate tamen excipit: q̄ si cōcupiscat.

C. Plinius Corneliæ Hispullæ suæ salutē.

CVm patrem tuū grauissimū et sanctissimum uiꝝ suspexeri magis an amarim dubitē: teq; et ī memoriā eius et in honorē tuū unice diligam: cupiam: necesse est: atq; etiā quātum in me fuerit enitar ut filius tuus auo similis existat: equidem malo materno: q̄q̄ illi paternus etiā clarus: spectatusq; cōtigerit. pater quoq; & patruus illustri laude cōspicui: qbus omnibus ita demū similis adolescet si imbutus honestis artibus fuerit: q̄s plurimum refert a quo potissimū accipiat: adhuc illū pueritiæ ratio: intra contuberniū tuum tenuit: præceptores domi habuit: ubi est erroribus modica uel etiam nulla materia: iā studia eius extra limen proferēda sunt: iam circunspiciendus rhetor latinus cuius scholæ seueritas pudor in primis castitas constet. Adest enim adolescenti nostro cum cæteris naturæ fortunæq; dotibus eximia corporis pulchritudo: cui in hoc lubrico ætatis non præceptor modo: sed custos etiam rectorq; quærendus est. Videor ergo demōstrare tibi posse Iulium genitorem: amatur a me: iudicio tamen meo non obstat caritas hoīs quæ ex iudicio nata est: uir est emendatus: & grauis: paulo etiam horridior & durior: ut in hac licentia

temporum: quantum eloquentia ualeat: pluribus credere potes: nã dicendi facultas apta & exposita statim cernitur. Vita hoĩm altos recessus magnasq; latebras habet: cuius ꝓ genitore me spõsorẽ accipe: nihil ex hoc uiro filius tuus audiet nisi profuturꝶ: nihil discet: quod nescisse rectius fuerit: nec minus sæpe ab illo q̃ a te meq; admonebitur: qbus imaginibus oneretur: quæ nomina: & quanta sustineat: proinde fauentibus diis trade eũ præceptori a quo mores primum. mox eloquẽtiam discat quæ male sine moribus discitur. Vale.

C. Plinius Macrino suo salutem.

Qvamuis & amici quos præsentes habebam & sermones hoĩum factũ meũ cõprobasse uideantur: magni tamen existimo scire qd sentias tu: nam cuius integra re consiliũ exquirere optassem: huius etiã peracta iudicium nosse mire cõcupisco. Cũ publicũ opus mea pecunia ĩchoaturus ĩ tuscos excucurissẽ: accepto ut præfectus ærarii cõmeatu legati prouintiæ beticæ quæsturi de proconsolatu Cæcilii classici aduocatum me a senatu petierunt. Collegæ optimi meiq; amantissimi de communis officii necessitatibus prælocuti excusare me & eximere tentarunt factum senatus consultũ perquam honorificum ut darer prouĩtialibus patronus si ab ipso me impetrassent: legati rursus ĩducti iterꝶ me iã præsentẽ aduocatũ postulauerũt ĩplorãtes fidem meam quam essent cõtra massam bebium experti: allegantes patrocinii fœdus: secuta est senatus clarissima assensio: quæ solet decreta præcurrere: Tũ

ego desino inq̄ P. C. putare me iustas excusationis causas attulisse: placuit & modestia sermonis & ratio: compulit autē me ad hoc consiliū nonsolum consensus senatus quanq̄ hic maxime ue℞ etiā alii quidā minores sed tamē numeri: ueniebat in mentem priores nostros etiam singulorum hospitum iniurias accusationibus uolūtariis executos: Quo deformius arbitrabar publici officii iura negligere: præterea cū recordarer quanta pro hiisdem beticis: prior aduocatione etiam pericula subissem conseruandum ueteris officii meritum nouo uidebatur. Est enim ita comperatum: ut antiquiora beneficia subuertas nisi illa posterioribus cumules. Nam quamlibet sæpe obligati si quid unum neges: hoc solum meminerunt quod negatum est: ducebar etiam quo decesserat classicus amotumq; erat quod in eiusmodi causis solet esse certissimum ꝑiculum senatoris: uidebam ego aduocationi meæ non minorem gratiam quam si uiueret ille propositam inuidiā nullam: ī summa computabam si munere hoc iam tertio fungerer faciliorē mihi excusatiōem fore siquis incidisset quē deberem accusare. Nam cum est omnium officiorum finis aliquis: tum optime libertati ueniat obsequio præpatur: audisti consilii mei motus: superest alterutra ex parte iudicium tuum. in quo mihi æque iucunda erit simplicitas dissentiētis quā cōprobantis auctoritas.

C. Plinius Macro suo salutem.

PErgratum est mihi ꝙ tam diligenter libros auunculi mei lectitas ut habere omnes uelis.

NB.

quæraſq; qui ſint omnes: fungar iudicis partibus atq; etiã quo ſint ordine ſcripti: notũ tibi faciam. Eſt enim hic quoq; ſtudioſis non iniucunda cognitio: de iaculatione equeſtri unus: hũc cum præfectus alæ militaret: pari ingenio curaq; cõpoſuit: de uita Pomponii Secundi duo: a quo ſingulariter amatus hoc memoriæ amici quaſi debitum munus exoluit. bellorum germaniæ .xx. quibus omnia quæ cum germanis geſſimus bella collegit. Inchoauit cum in germania militaret: ſomnio monitus: Aſtitit eĩm ei quieſcenti druſi neronis effigies qui germaniæ latiſſime uictor ibi periit: commendabat memoriam ſuam orabatq; ut ſe ab iniuria obliuiõis aſſereret: ſtudioſi tres in ſex uolumina propter amplitudinem diuiſi: qbus oratorẽ ab incunabilis inſtituit & perficit: dubii ſermonis octo ſcripſit ſub Nerone nouiſſimis annis cum omne ſtudiorum genus paulo liberius & erectius piculoſũ ſeruitus feciſſet: a fine aufidi baſſi .xxx. unus naturam hiſtoriarum .xxxvii. opus diffuſum eruditũ: nec minus uarium q̃ ipſa natura. miraris q tot uolumina multaq; ĩ his tã ſcrupuloſa homo occupatus abſoluerit magis miraberis ſi ſcieris illum aliquam diu cauſas actitaſſe: deceſſiſſe anno ſexto & quinquageſimo: mediũ tempus diſtrictum ĩpeditũq;: qua officiis maximis: q̃ amicitia pricipum egiſſe: Sed erat acræ ingenium incredibile ſtudiũ ſumma uigilantia: lucubrare uulcanalibus incipiebat: non auſpicãdi cauſa. Sed ſtudẽdi æſtate a nocte multa: hyeme uero ab hora ſeptima: uel cum tardiſſime

ab hora octaua : sæpe sexta : erat sane somni paratis-
simi : nõnunquã etiam inter ipsa studia instãtis &
differẽtis : ante lucem ibat ad Vespasianũ impera-
torem : nam ille quoq; noctibus utebatur : inde ad
legatum sibi officiũ reuersus domum : quod reli-
quum tẽporis studiis reddebat : post cibum sæpe :
quem interdiu leuem & facilem ueterum more
sumebat : æstate si quid otii : iacebat in sole : liber
legebatur : annotabat excerpebatq; : nihil eĩm legit
quod non excerperet : dicere etiam solebat nullum
esse libꝝ tam malum ut nõ aliqua parte prodesset :
post solem plerunq; frigida lauabatur a qua deinde
gustabat : dormiebatq; minimum . Mox quasi alio
die studebat in cœnæ tempus : super hãc liber lege-
batur : annotabatur : et qdẽ cursim : Memini quẽdã
ex amicis cum lector quædã perperam ꝓnunciasset
reuocasse : & repeti coegisse : huic auunculũ meum
dixisse ĩtellexeras nempe ? cum ille annuisset : Cur
ergo reuocabas : decem amplius uersus hac tua
interpellatione perdidimus : tanta erat parsimonia
temporis . Surgebat æstate a cœna luce hyeme intra
primam noctis : & tanquã aliqua lege cogente hæc
inter medios labores . urbisq; fremitum in secessu
solum balinei tempus studiis eximebatur . Cum
dico balinei : de interioribus loquor . Nam dum
distringitur tergiturq; : audiebat aliquid aut dicta-
bat : In itinere quasi solutus cæteris curis huic uni
uacabat . ad latus notarius cũ libro & pugilaribus :
cuius manus hyeme manicis muniebantur . ut ne
cæli quidem asperitas ullũ studii tempus eriperet :

qua ex causa romæ quoqꝫ sella uehebatur: repeto me correptum ab eo cur ambularem: poteras inqt has horas non perdere: nam perire omne tempus arbitrabatur: quod studiis non imptiretur: hac intentione tot ista uolumina peregit: electorumqꝫ commentarios centum sexaginta reliquit: opistographos qdem & minutissimis scriptos: qua ratiõe multiplicatur. hic numerus: referebat ipse potuisse se cũ ꝓcuraret in hispania uendere hos cõmentarios Larcio Licinio quadringentis millibus nummum & tunc aliquanto pauciores erant. Non ne uidetur tibi recordanti q̃ntum legerit: quãtum scripserit: nec in officiis ullis nec in amicitia principis fuisse: rursus cum audis quid studiis laboris impenderit: nec scripsisse satis nec legisse? Quid est enim quod non alia aut occupationes ĩpedire: aut hæc instãtia non possit efficere? itaque soleo ridere. Cum me quidam studiosum uocant qui si comparer illi: sum desidiosissimus. Ego autem tantum quem partim publica partim officia amicoꝝ distringũt: quis ex istis qui tota uita litteris assident collatus illi non quasi somno & inertiæ deditus erubescat? extende epistolam cum hoc solum quod requirebas scribere destinassem: quos libros reliquisset cõfido tamẽ hæc quoqꝫ tibi nõ minus grata: q̃ ipsos libros futura. Quæ te non tantum ad legendos eos: ueꝝ etiam ad simile aliquid elaborandũ possunt æmulationis stimulis excitare. Vale.

C. Plinius Seuero suo salutem.

EX hæreditate quæ mihi obuenit emi proxīe corinthium signum: modicum quidem sed festiuum & expressum quantum ego sapio qui fortasse in omni re: in hac certe perquam exiguum sapio. Hoc tamen signum ego quoq; intelligo: Est enim nudum nec aut uitia si qua sunt cælat: aut laudes parū ostendat: Effingit senem stantem: ossa: musculi: nerui: uenæ: rugæ: & ut spirantis apparēt rari & cedentes capilli: lata frons: contracta facies: exile collum pendent lacerti: papillæ iacent: recessit uēter: a tergo quoq; eadem ætas: ut a tergo æs ipsum quantum uerus color indicat uetus & antiquum: talia deniq; omnia ut possint artificum oculos tenere: Delectare imperitorum: quod me tanquam tirunculum sollicitauit ad emendum. Emi autē non: ut haberem domi: neq; eīm ullum adhuc corinthium domi habeo: uerum ut in patria nostra celebri loco ponerem: ac potissimū in Iouis templo. Videtur enim dignum templo: dignum deo domum: Tu ergo ut soles omnia quæ a me tibi iniunguntur: suscipe hanc curam: Et iam nunc iube basim fieri ex quo uoles marmore: quæ nomē meum honoresque capiat: Si hos quoque putabis addendos: Ego signū ipsum ut primum inuenero aliquem qui non grauetur: mittam tibi: uel ipse quod maius est afferam mecum: destino enim si tamen officii ratio pmiserit excurrere isto: Gaudes ꝙ me uenturū esse polliceor sed contrahes frontem cum adiecero ad paucos dies: neque enim diutius abesse me eadem hæc quæ nondum exire patiūtur.

C. Plinius Caninio Ruffo salutem.

Modo nūciatus ē Silus italicus in neapolitano suo inedia finisse uitam. Causa mortis ualitudo erat: illi natus īsanabilis clauus. Cuius tedio ad mortem irreuocabili constantia decucurrit: usq; ad supremum diem beatus & felix: nisi quod minorē ex liberis duobus amisit: sed maiorē meliorēq; florentem atq; etiam consularem reliquit. læserat famam suā sub Nerone: credebatur sponte accusasse. Sed in Vitelii amicitia sapiēter se & comiter gesserat ex proconsulatu Asiæ gloriā reportauerat: maculam ueteris industriæ laudabili otio abluerat: fuit inter principes ciuitatis: sine potentia sine inuidia: salutabatur. & colebatur multumque in lectulo iacens cubiculo semper non ex fortuna frequēti doctissimis sermonibus dies trāsigebat: cum ascribendo uacaret: scribebat carmina maiore cura: q̄ ingenio: nonnunq̄ iudicia hoīum recitationibus experiebatur: nouissime ita suadentibus annis ab urbe secessit. seq; in campania tenuit ac ne aduētu quidem noui pricipis inde commotus est. Magna Cæsaris laus: sub quo hoc liberum fuit: magna illius qui hac libertate ausus est uti erat

usq; ad emacitatis reprehensionem: plures iisdem in locis uillas possidebat: adamatisq; nouis. priores negligebat. multum ubiq; librorū: multum statuarum: multum imaginum quas non habebat modo: uerū etiam uenerabatur. uirgilii ante omnes cuius natalem religiosius q̄ suū celebrabat Neapoli maxime ubi monumētum eius adire ut templum

solebat: in hac tranquillitate annum quintum et septuagesimum decessit: delicato magis corpore q̃ inf rmo utq; nouissimus a Nerone factus est cōsul ita postremus ex ōnibus quos Nero cōsules fecerat decessit. Illud etiā notabile ultimus ex neronianis consularibus obiit quo cōsule Nero periit: Quod me recordantē fragilitatis hūanæ miseratio subiit: Quid enim tam circuncisum tam breue quam hom nis uita lōgissima? An nō uidetur tibi Nero modo fuisse cum interim ex iis qui sub illo gessere consulatum: iam nemo superest: quanq̃ quid hæc miror nuper Lucius Piso pater Pisonis illius qui a Valerio festo per summū facinus in Africa occisus est dicere solebat neminem se uidere ī senatu quem consul ipse sententiam rogauisset: Iam angustis terminis tantæ multitudinis uiuacitas ipsa cōcluditur ut mihi non uenia solū dignæ: uerum etiam laude uideantur illæ regiæ lacrimæ. Nam ferunt Xersem cum immēsum exercitum oculis obisset: illacrimasse ꝙ tot millibus tam breuis immineret occasus: sed tāto magis hoc quicquid est temporis futilis & caduci: si non datur factis: Nam horum materia in aliena manu: certe studiis proferamus & quatenus nobis denegatur diu uiuere relinq̃mus aliquid quo nos uixisse testemur. Scio te stimulis nō egere me: tamē tui caritas euocat ut currentem quoq; instigem sicut tu soles me
cum inuicem se mutuis exhortationuibs amici ad amorem: immortalitatis exacuunt. Vale.

C. Plinius Suetonio suo salutem.

FAcis pro cætera reuerentia quã mihi præstas: q tam solicite petis ut tribunatum quem a neratio marcello clarissimo uiro impetraui tibi in Cæseniũ Siluanum propinquũ tuum transferam: Mihi autem sicut est iucũdissimũ ipsum te tribunum: ita non minus gratum alium per te uidere: neque enim esse congruens arbitror quem augere honoribus cupias huic pietatis titulis ĩuidere: qui sunt in õnibus honoribus pulchriores: uideo etiam cum sit egregiũ & mereri beneficia & dare: utrãq; te laudem simul assecuturũ: si quod ipse meruisti alii tribuas: præterea intelligo mihi quoque gloriæ fore: Si ex hoc tuo facto nõ fuerit ignotum amicos meos non gerere tantum tribunatum posse uerum etiã dare: q̃re ego honestissimæ uolũtati tuæ pareo: Neq; enim adhuc nomen in numeros relatum est: Ideoq; liberum est nobis siluanum in locum tuum subdere: cui cupio tam gratum esse munus tuum: q̃ tibi meum est. Vale.

C. plinius Cornelio Mimitiano suo sal.

POssum iam perscribere tibi quãtum in re. p. prouintiæ beticæ causa laboris exhauserim: nam fuit multiplex actaq; est sæpius cum magna uarietate: Vnde uarietas? unde plures actiones? Cæcilius Classicus homo fœdus: & aperte malus proconsulatum in ea nõ minus uiolenter q̃ sordide gesserat. Eodẽ anno quo ĩ Africa Marius Priscus. Erat autẽ Priscus ex Betica: ex Africa Classicus: Inde dictũ Beticorũ ut plerunq; dolor etiã uenustos

facit. Non illepidum ferebatur: dedi malum & accepi. sed Marium una ciuitas publice multique priuati reorum peregerunt. in Classicum tota prouītia incubuit. ille accusationē uel fortuita uel uolūtaria morte præuertit. Nam fuit mors eius infamis ambigua tamen: Vt enim credibile uidebatur uoluisse exire de uita cum defendi non posset: ita mirum pudorem damnationis morte fugisse quem non puduisset damnanda committere: Nihilo minus Betica etiā in defuncti accusatiōe perstabat. prouisum hoc legibus intermissum tamen & post lōgam intercapedinem tunc reductum: addiderunt betici quod simul sotios ministrosque classici detulere nominatimque in eos inquisitionem postulauere: aderam beticis: mecumque Lucius Albinus uir in dicendo copiosus ornatus: quem ego cum olim mutuo diligerem ex hac officii societate: amare ardentius cœpi: habet quidem gloriam in studiis præsertim quiddā nobis tamen nullum certamen nulla contentio cum uterque pari ingenio non pro se sed pro causa niteretur: Cuius & magnitudo & utilitas uisa est postularē ne tantum oneris singulis actionibus subiremus. Verebamur ne nos dies ne nox ne latera deficerent: si tot crimina: tot reos uno uelut fasce complecteremur: Deinde ne iudicū intētio: multis nominibus multisque causis non lasseretur modo uerum etiam confunderetur. Mox ne gratia singulorum collata atque permixta pro singulis quoque uires oīum acciperet: postremo ne potentissimi uilissimo quoque quasi piaculari

dato alienis pœnis elaberentur: Etenim tum maxĩe fauor & ambitio dominatur cum sub aliqua specie seruitutis dilitescere potest. Erat in consilio Sertorianum illud exemplum: qui robustissimum & firmissimum militem iussit equi caudam: reliqua nosti: Nã nos quoq; tam numerosum agmẽ reoꝝ ita demũ uidebamus posse superari: si ꝑ singulos carperetur: placuit in primis ipsum Classicum ostendere nocentem: hic aptissimus ad sotios eius & ministros transitus erat: quia sotii ministrique probari nisi illo nocente non poterant. Ex quibus duos statim Classico iunximus Bebium probum & Fabium hispanum: utrunq; gratia hispanum etiam facũdia ualidum: Et circa classicum quidem breuis & expeditus labor sua manu reliquerat scriptum qiud ex quaque re: Quid ex quaq; causa accepisset: Miserat etiam epistolas romam ad amiculam quandam iactantes & gloriosas his quidem uerbis. Is liber ad te uenio: iã sextertium q̃dragies redegi: parte uendita beticorum circa hispanum & probum multum sudoris: Horum antequam crimina ingrederer necessarium credidi elaborare ut constaret ministerium crimen esse: quod nisi fecissem ministros frustra probassem: Neque ita defendebãtur ut negarẽt sed ut necessitati ueniam precarentur: esse enim se prouintiales & ad omne pro consulum imperium metu cogi: solet dicere Claudius restitutus: qui mihi respondit uir exercitatus & uigilans: & quam libet subitis paratus: Nunq̃ sibi tantum caliginis tãtum perturbationis

offuſum: quantum prærepta & extorta defenſioni ſuæ cerneret ĩ quibus omnem fidutiam reponebat: Conſilii noſtri exitus fuit bona Cla~~ſſici quæ ha~~buiſſet ante prouintiam placuit ſenatui a reliquis ſeperari: Illa filiæ ac ſpoliatis relinqui: additum eſt ut pecuniæ quas creditoribus ſoluerat reuocarẽtur: hiſpanus & probus in qnquẽnium relegati: Adeo graue uiſum eſt quod initio dubitabatur: An omnino crimen eſſet: Poſt paucos dies Claudium fuſcum Claſſici generum: & Tiloniũ priſcum qui tribunus cohortis ſub Claſſico fuerat: accuſauimus diſpari euẽtu: priſco in bienniũ italia interdictum: abſolutus eſt fuſcus. Actiõe tertia cõmodiſſimum putauimus plures congregare. ne ſi longius eſſet extracta cognitio ſatietate & tedio quodam iuſtitia cognoſcẽtiũ ſeueritaſq; langueſceret: alioqn ſupererant minores rei data opera hũc in locũ reſeruati: excepta tamen Claſſici uxore quæ ſicut implicita ſuſpicionibus: ita non ſatis conuinci probatiõibus uiſa eſt: Nam Claſſici filia quæ & ipſa inter reos erat: ne ſuſpicionibus quidem hærebat. Itaq; cum ad nomen eius in extrema actione ueniſſem: neq; enim ut initio ſic etiam in fine ferendum erat: ne per hoc totius accuſatiõis auctoritas minueretur: honeſtiſſimũ credidi nõ præmere ĩmerentem: idq; ipſum dixi & libere & uarie. Nam modo legatos interrogabã docuiſſent ne me aliqd quod reprobari poſſe confiderent: modo conſiliũ a ſenatu petebã: putaret ne debere me. Si quã haberem in dicendo facultatem: in iugulum innocentis quaſi telum

aliquod intẽdere: postremo totum locum hoc fine conclusi: Dicet aliquis iudicas ergo? Ego uero non iudico: Memini tamẽ ex me aduocatum iudicibus datum: hic numerosissimæ causæ terminus fuit: quibusdam absolutis pluribus damnatis atq; etiam relegatis aliis ĩ tempus aliis imperpetuum: Eodem senatus consulto: industria fides constantia nostra plenissimo testimonio comprobata est: dignum solũ parq; pretio tanti laboris. Concipere aĩo potes q̃ simus fatigati. Quibus totiens agẽdum: totiens altercandum: tam multi testes interrogandi subleuandi refutandi: Iam illa q̃ ardua: quã molesta: Tot reorum amicis secreto rogantibus negare: aduersantibus palam obsistere. Referam unum aliquid ex his quæ dixi cum mihi quidam ex iudicibus ipsis pro reo gratiosissimo reclamarent: non minus inq̃ hic innocens erit. Si ego omnia dixero: coniectabis ex hoc quantas contentiones quantas etiam offensas subierimus dũtaxat ad breue tẽpus. Nam fides in præsentia eos qbus resistit offendit: deinde ab illis ipsis suspicitur laudaturq; nõ potui te magis in rem præsentem perducere: dices non fui tanti: Quid enim mihi cũ tam longa epistola? Nolito ergo idẽtidem quærere qd Romæ geratur: & tamen memento esse non esse epistolam longam: quæ tot dies: tot cognitiones: tot denique reos causasq; complexa sit: Quæ omnia uideor mihi non minus breuiter q̃ diligenter persecutus. Temere dixi diligenter succurrit q̃ prætereieram equidem sero sed q̃q̃ præpostere reddetur facit hoc Homerus

multiq; illius exemplo. Est alioquin perdecorum: a me tamen non ideo fiat: E testibus quidam siue iratus q euocatus esset inuitus: siue subornatus ab aliquo reorum ut accusationes exarmaret: Norbanum/Lacinianum legatum & inquisitorem re postulauit tanquã in causa caste uxor hæc Classici præuaricaretur: Est lege cautum ut reus ante peragatur: tunc de præuaricatore quæratur: uidelicet quia optime ex accusatione ipsa accusatoris fides existimatur. Norbano tamen non ordo legis: non legati nomen: non inquisitionis officium præsidio fuit. Tanta conflagrauit inuidia homo alioquin flagitiosus & Domitiani tẽporibus usus: ut multi electusque tunc a prouintia ad inquirendum non tanquam bonus & fidelis: Sed tanquam Classici inimicus. Erat ab illo relegatus dari sibi diem ad diluenda crimina postulauit. Neutrũ impetrauit: coactus est statim respondere: respondit malum prauumque ingenium hominis facit: Vt dubitem confidẽter ac constanter. Certe paratissime obiecta sunt multa quæ magis q̃ præuaricatio nocuerunt: Quin etiam duo cõsulares Pomponius Ruffus & Libo: frugi læserunt cum testimonio tanquã apud iudicẽ sub Domitiano saluii liberalis accusatoribus affuisset: dãnatus & in insulam relegatus est itaq; cum castam accusarem: nihil magis præssi q̃ q accusatio eius præuaricationis crimine corruisset: præssi tamen frustra: Accidit enim res contraria & noua ut accusatore præuaricationis damnato rea solueretur: quæris quid nos dum hæc aguntur:

indicauimus ſenatui ex Norbano didiciſſe nos: publicam cauſam rurſuſq; debere ex itegro diſcere ſi ille præuaricator probaretur: Atq; ita dum ille peragitur reus ſedimus: Poſtea Norbanus ōnibus diebus cognitionis interfuit: eandemque uſque ad extremum uel conſtantiam uel audaciam pertulit: interrogo ipſe me an aliquid omiſerim: rurſus & rurſus pene omiſi: Summo die ſaluius liberalis reliquos legatos grauiter increpuit tanquam non omnes quos mandaſſet prouintia reos peregiſſent: Atque ut eſt uehemens & diſertus in diſcrimen adduxit ꝓtexit uiros optios eoſdemq; gratiſſimos: mihi certe debere ſe prædicant & illum turbinem euaſerint. hic erit epiſtolæ finis: litterā non addam etiam ſi aliquid adhuc præteriſſe me ſenſero. Vale.

C. Plinius Spurinæ & Cociæ ſuæ ſalutē.

COmpoſuiſſe me quædam de filio ueſtro non dixi uobis cū ꝓxime apud uos fui: primum quia non ideo ſcripſeram ut dicerem: ſed ut meo amori meo dolori ſatiſſacerem deinde quia te Spurina cum audiſſes recitaſſe me: ut mihi ipſe dixiſti quid recitaſſem: ſimul audiſſe credebam: præterea ueritus ſum ne uos feſtis diebus cōfunderem ſi in memoriam grauiſſimi luctus: reduxiſſem: Nunc quoque pauliſper hæſitaui id ſolum quod recitaui mitterem exigentibus uobis: an adiicerem quæ in aliud uolumen cogito reſeruare: Neq; enim affectibus meis uno libello cariſſimam mihi & ſanctiſſimam memoriam proſequi ſatis eſt: cuius famæ latius conſuletur ſi diſpenſata & digeſta fuerit:

Verum hæsitanti mihi omnia quæ iam composui uob s exhiberem : An adhuc aliqua differrem : simplicius & amicius uisum est : omnia præcipue cum affirmetis inter uos futura donec placeant emittere : Quod superest rogo ut pari simplicitate si qua existimabitis addenda : cōmutāda : omittēda : iudicetis. Mihi difficile est hucusque intendere aīum in dolorem difficile : sed tamē ut sculptorem ut pictorem q filii uestri imaginem faceret admoneretis quid exprimere : quid emendare deberet : ita me quoq; formate regite qui non fragilem & caducam sed immortalem ut uos putatis effigiem conor efficere quæ hoc diuturnior erit : quo uerior melior absolutior fuerit. Vale.

C. Plinius Iulio genitori suo salutem.

Est omnino artemidori nostri tam benigna natura ut officia amicorū in maius extollat. inde etiam meū meritū ut uera : ita supra meritum prædicatione circunferet. Equidem cū essent philosophi ab urbe sūmoti fui apud illū in suburbano : & quo notabilius hoc pīculosius esset : fui prætor : pecuniam etiam qua tunc illi ampliore opus erat : ut æs alienum exolueret contractū ex pulcherrimis causis mussantibus magnis quibusdam & locupletibus amicis mutuatus ipse gratuitam dedi. Atq; ita hoc feci cum septem amicis meis aut occisis aut relegatis : occisis senectione rustico Heluidio. Relegatis Maurico Gratilla Aria Fania. Tot circa me iactis fulminibus quasi ambustus mihi quoque impendere idem exitium certis quibusdam notis

auguraretur. Non ideo tamen eximiam gloriam meruisse me ut ille prædicat credo: sed tantum effugisse flagitiũ. Nam & C. Musonium socerꝝ eius q̃ntum licitum est per ætatẽ cum admiratione dilexi & Artemidorum ipsum iam tum cum in Syria tribunus militarem. arcta familiaritate complexus sum: idq; primum nonnullius indolis dedi specimen: quod uirꝝ aut sapientem aut proximum simillimumq; sapiẽti intelligere sum uisus. Nam ex omnibus qui nunc se philosophos uocant uix unum aut alterum inuenies tanta sinceritate: tãta ueritate: Mitto qua patiẽtia corporis hyemes iuxta & æstates ferat: ut nullis laboribus cedat: ut nihil in cibo: in potu: uoluptatibus tribuat: ut oculos animumq; contineat. Sunt hæc magna sed in alio: in hoc uero minima si cæteris uirtutibus comparẽtur: qbus meruit ut a C. Musanio ex õnibus omniũ ordinum assectatoribus gener assumeretur. Quæ mihi recordãti est quidem iucundum: quod me cum apud alios tum apud te tantis laudibus cumulat: uereor tamen ne modum excedat: quem benignitas eius (illuc eĩm reuertor unde cœpimus) non solet tenere: Nam in hoc uno interdũ uir alioquin prudentissimus honesto quidem: sed tamen errore uersatur: ꝙ pluris amicos suos: q̃ sunt arbitratur. Vale.

C. Plinius Catilio Seuero suo salutem.

Veniam ad cœnam: sed iam nunc paciscor sit expedita: sit parca: socraticis tantum sermonibus abundet: in his quoq; teneat modum: erunt

officia ante Lucana in quæ incidere impune ne Catoni quidem licuit: Quem tamen C. Cæsar ita reprehendit ut laudet: Describit enim eos qbus obuius fuit: Cum caput ebrii retexisset erubuisse: deinde adiicit: putares non ab illis Catonem: Sed illos a Catone reprehēsos potuit: ne plus auctoritatis tribui Catoni q̃ si ebrius quoq; tā uenerabilis erat: Nostræ tamen cœnæ ut apparatus & impendii: sic temporis modus constet: neq; enim ii sumus quos uituperare ne īimici quidem possint nisi ut simul laudent. Vale.

C. Plinius Voconio Romano suo salutē.

Librum quo nuper optimo principi consul gratias egi misi exigenti tibi: missurus & si nō exegisses: ī hoc cōsideres uelī ut pulchritudīem materiæ: Ita difficultatē: in cæteris enim lectorem nouitas ipsa intentum habet. In hac nota uulgata dicta sūt omnia: quo fit ut quasi ociosus securusq; lector tantum elocutioni uacet: in qua satisfacere difficilius est. Cum sola æstimatur. Atq; utinam ordo saltē & transitus et figuræ simul spectarētur: Nā inuenire præclare: enunciare magnifice: Interdum etiam barbari solent: disponere apte: figurare Varie nisi eruditis negatū est: Nec uero affectanda sunt semper elata et excelsa: Nam ut in pictura lumen: non alia res magis q̃ umbra cōmendat. Ita orationē tam sūmittere q̃ attollere decet: Sed quid ego hæc doctissīo uiro? Quī potius illa annota quæ putaueris corrigenda: Ita enim magis credā cætera tibi placere si quædā displicuisse cognouero.

C. Plinius Acilio suo salutem.

REm atrocẽ nec tãtum epistola dignã Largius Macedo uir prætorius a seruis suis passus ẽ: superbus alioquin dominus & sæuus: & q seruisse patrem suum parum ĩmo minimum meminisset: lauabatur ĩ uilla Formiana: repente eũ serui circũsistunt: alius fauces inuadit: alius os uerberat: alius pectus & uentrem: Atq; etiam fœdum dictu uerenda contundit: & cum exanimem putarent abiiciunt in feruens pauimentum: ut experirentur an uiueret: ille siue quia non sentiebat siue quia se non sentire simulabat immobilis & extẽtus: fidem peractæ mortis impleuit: Tum demum quasi æstu solutus effertur: Excipiunt serui fideliores: Concubinæ cum ululatu & clamore concurrunt: Ita & uocibus excitatus & recreatus frigore loci sublatis oculis agitatoq; corpore: Viuere se & iam ut tum erat confitetur: Diffugiunt serui quorum magna pars cõprehensa est cæteri reqruntur: ipse paucis diebus ægre refocillatus non sine ultionis solatio decessit: ita uiuus uindicatus ut occisi solẽt. Vides quot periculis: quot contumeliis quot ludibriis simus obnoxii: nec est quod quisquam possit esse securus quia sit remissus & mitis. Non enim iudicio domini sed scelere perimuntur: uerũ hæc hactenus: quid præterea noui. Quid nisi alioquin subiungerem: Nam & charta adhuc superest & dies feriatus patitur plura contexi: Addam q opportune: De eodem Macedone succurrit cum in publico Romæ lauaretur. notabilis atq; etiam

ut exitus docuit ominosa res accidit. Eques roma. a seruo eius ut transitum daret: manu leuiter admonitus conuertit se: nec seruũ a quo erat tactus: sed ipsum Macedonẽ tam grauiter palma pcussit: ut pene cõcideret. Ita balineũ illi: quasi per gradus quosdam primum contumeliæ locus deinde exitii fuit. Vale.

C. Plinius Proculo suo salutem.

PEtis ut libellos tuos ĩ secessu legã: examinem an editiõe sint digni: adhibes preces: allegas exemplum. Rogas eĩm ut aliquid successiui temporis studiis meis subtraham: impertiam tuis: adiicis M. Tullium mira benignitate poetarum ingenia fouisse: Sed ego nec rogandus sum: nec hortandus nam & poeticen ipsam religiosissime ueneror: & te ualidissime diligo. Faciam ergo ꝙ desideras tam diligenter q̃ libenter: Videor iam nunc posse rescribere: esse opus pulchrum: nec supprimendum quantum existimare licuit ex his quæ me præsente recitasti: si modo mihi non imposuit recitatio tua: legis enim suauissime & peritissime: confido tamen me nõ sic auribus duci ut omnes aculei iudicii mei illarum delinimentis restringantur hebetentur: fortasse & paululum retũdãtur: euelli quidem: extorqueri nõ possunt: igitur non temere iam nunc de uniuersitate pronuncio: de partibus experiar legendo. Vale.

C. Plinius Nepoti suo salutem.

INnotasse uideor facta dictaq; uirorum feminarumque: alia clariora esse: alia maiora:

confirmata est opinio mea hesterno saniæ sermõe: neptis hæc arriæ illius quæ marito & solatiũ mortis & exemplum fuit: Multa referebat auiæ suæ: non minora hoc: Sed obscuriora quæ tibi existimo tam mirabilia legẽti fore q̃ mihi audiẽti fuere ægrotabat Cæcinna Petus maritus eius: ægrotabat & filius utriq; mortifere ut uidebatur: filius decessit eximia pulchritudine: pari uerecundia et parentibus non minus ob alia carus q̃ quod filius erat. huic illa ita funus parauit ita duxit: exequias ut ignoraret maritus: quin ĩmo et quotiẽs cubiculum eius intraret uiuere filium atq; etiam commodiorem esse simulabat. Ac persæpe interroganti quid ageret puer: respondebat: bene quieuit: libẽter cibum sumpsit: deinde cum diu cohibitæ lacrimæ uincerent prorumperentque egrediebatur: tum se dolori dabat: saciata. sicut oculis composito uultu redibat tanq̃ orbitatem foris reliquisset. præclarũ quidem illud eiusdem ferrum strĩgere: perfodere pectus: extrahere pugionem: porrigere marito: addere uocem immortalem ac pene diuinam pete non dolet sed tamen ista facienti dicẽti: gloria: et æternitas ante oculos erant quo maius est sine præmio æternitatis sine præmio gloriæ abdere lachrymas opire luctum amissoq; filio matrem adhuc agere: Scribonianus arma in Illyrico contra Claudium mouerat: fuerat Petus in partibus occiso Scribaniano Romam trahebatur. Erat ascensurus nauem. Aria milites orabat: ut simul imponeretur: Nempe enim inqt daturi estis consulari uiro seruulos aliquos: quorũ

e manu cibum capiat: uestiatur: a qbus calcietur: Omnia sola præstabo: non impetrauit: conduxit piscatoriã nauiculam ingẽsq; nauigium minimoq; secuta est. Eadem apud Claudiũ uxori Scriboniani cum illa profiteretur indicium Ego inquit te audiam: Cuius in gremio Scribonianus occisus est: & uiuis? Ex quo manifestum est ei consilium pulcherrimæ mortis non subitum fuisse. Quin etiam cum thrasea gener eius deprecaretur ne mori pergeret interq; alia dixisset: tu uis ergo filiam tuam: si mihi pereundum fuerit mori mecum? respõdit si tamdiu tantaque concordia uixerit tecum q̃ ego cum peto: uolo: auxerat hoc responso curam suorũ. Attentius custodiebatur: sensit: & nihil agitis inqt: potestis eĩm efficere ut male moriar: ne moriar non potestis. Dum hæc dicit exiluit cathedram aduersoq; parieti caput ingenti impetu impegit & corruit. focillata dixeram inquit uobis inuẽturam me quãlibet duram ad mortẽ uiam si uos facilem negassetis: Videntur ne hæc tibi maiora illo pete? non dolet: at per quod ad hoc peruẽtum est. Cum interim illud quidem ingens fama: hoc nulla circunfert? Vnde colligitur quod initio dixi alia esse clariora: alia maiora. Vale.

C. Plinius Seueriano suo salutem.

Recte ne omnia quod iam pridem epistolæ tuæ cessant an omnia recte: Sed occupatus es tu? An tu non occupatus: Sed occasio scribendi uel rara uel nulla: Exime hunc mihi scrupulum cui par esse non possum: Exime autem uel data opera:

Tabellario misso: ego uiaticũ ego etiam præmium dabo: nũciet modo quod opto: ipse ualeo: si ualere est suspensum & anxium uiuere. Expectantem inhoras timentemq; pro capite amicissimo quicqd accidere homini potest. Vale.

C. C. Plinius Curio Seuero suo salutem.

Officio consulatus iniunxisti mihi: ut rei pu. nomine principi gratias agerem quod ego in senatu cum ad ratiõem & loci & temporis ex more fecissem: bono ciui cõuenientissimũ credidi eadem illa spatiosius & uerberius uolumine amplecti: primum: ut ĩperatori nr̃o uirtutes suæ ueris laudibus commẽdarentur: Deinde ut futuri principes non quasi a magistro sed tamen sub exemplo præmonerentur qua potissimum uia possent ad eandem gloriam niti. Nam præcipere qualis esse debeat princeps: pulchrum qdem sed onerosum ac prope superbum est: laudare uero optimum principem ac per hoc posteris uelut e specula lumen quod sequantur ostẽdere: idem utilitatis habet: arrogãtiæ nihil: Cepi autem non mediocrem uoluptatem ꝙ hunc librum cum amicis recitare uoluissem non per codicillos: non per libellos: Sed si cõmodum: & si ualde uacaret admoniti nunquam porro aut ualde uacat Romæ. aut commodum est audire recitantem: fœdissimis insuper tempestatibus per biduum conuenerunt. Cunq; modestia mea finem recitatione facere uoluisset: Vt adiicerem tertium diem exegerunt: Mihi hunc honorem habitum putem an studiis: studiis malo quæ prope extincta

refouentur. At cui materiæ hanc ſedulitatem præſtiterunt: Nempe q̃ in ſenatu quoque ubi perpeti neceſſe erat grauari tamẽ uel puncto temporis ſolebamus eadem nunc & qui recitare & qui audire triduo uelint inueniuntur: non quia eloquentius q̃ prius: Sed qa Liberius ideoq; libẽtius: ſcribitur: Accedet ergo hoc quoq; laudibus principis noſtri ꝙ res antea tam inuiſa q̃ falſa: nunc ut uera ita amabilis facta eſt: Sed ego cũ ſtudium audiẽtium: tum iudicium mire probaui: animaduerti enim ſeueriſſima quæq; uel maxime ſatiſfacere: memini quidem me non multis recitaſſe. quod omnibus ſcripſi: nihilo minus tamen tanquam ſit eadem omnium futura ſententia hac ſeueritate aurium lætor: ac ſicut olim theatra male canere muſicos docuerũt: ita nunc in ſpecie adducor poſſe fieri ut eadem theatra bene canere muſicos doceãt: Omnes enim qui placendi cauſa ſcribunt qualia placere uiderint ſcribẽt: Ac mihi qdẽ confido ĩ hoc genere materiæ. latioris ſtili conſtare rationem: cum ea potius quæ preſſius & aſtrictius q̃ illa quæ hilarius & quaſi exultãtius ſcripſi: poſſint uideri accerſita & inducta. Non ideo tamen ſegnius precor ut q̃ndoque ueniat dies: utinamque iam uenerit quo auſteris illis ſeueriſq; dulcia hæc blandaq; uel iuſta poſſeſſione decedant: habes acta mea tridui quibus cognitis uolui tantum te uoluptatis abſentem & ſtudiorum nomine & meo capere quãtum præſens præcipere potuiſſes. Vale.

C. Plinius Clauisio Ruffo suo salutem.

Assumo te in cõsilium rei familiaris ut soleo: prædia agris meis uicina atq; etiã ĩserta uenalia sunt: ĩ his me multa solicitãt: aliq̃ nec minora deterrẽt: Solicitant primũ ipsa pulchritudo iũgẽdi deinde quod nõ minus utile q̃ uoluptuosum posse utraq; eadẽ opera: eodẽ uiatico inuisere: sub eodem procuratore ac eisdẽ actionibus habere unã uillam colere & ornare: alteram tantum tueri: inest huic cõputationi sumptus supellectilis: sumptus atriensiũ: topiarioꝝ fabroꝝ: atq; uenatorii instrumẽti quæ plurimũ refert unum in locum conferas an in diuersa dispgas. Cõtra uereor ne sit incautũ rẽ tam magnã iisdem tẽpestatibus iisdẽ casibus subdere: Tutius uidetur incerta fortunæ possessionũ uarietatibus experiri. habet etiã multũ iucunditatis soli cæliq; mutatio: ipsaq; illa pegrinatio. Intersita iam quod de liberatiõis nr̃æ caput ẽ: agri sunt fertiles: pingues: aquosi: Cõstant cãpis: uineis: siluis quæ materiã & ex ea reditũ sicut modicũ ita statũ pstãt. Sed hæc felicitas terræ ĩbecillis cultoribus fatigat: Nam possessor prior sæpius uendidit pignora & dum reliq̃ colonoꝝ minuit ad tẽpus: uires ĩposteꝝ exhausit. Quaꝝ defectione rursus reliq̃ creuerunt: Sũt ergo instruẽdi eo plures: quod frugi mãcipiis. nam nec ipse usquam uinctos habeo: nec ibi quisq̃ supest ut scias q̃nti uideantur posse emi. Sestertio tricies: non quia nõ aliq̃ndo quinquagies fuerint: uerum et hac penuria colonoꝝ et cõmuni temporis iniquitate ut redditus agroꝝ sic etiam preciũ retro

abiit: Quæris an hoc ipſum tricies facile colligere poſſimus: Sum qdem prope totus i prædiis: aliqd tamen fœnore nec moleſtũ erit mutuari: accipiam a ſocru cuius arca nõ ſecus ac mea utor inde hoc te non moueat: Si cætera nõ refragantur: Quæ uelim q̃diligentiſſime examines: Nam cum in omnibus rebus tum in diſponendis facultatibus plurimum tibi & uſus & prouidentiæ ſupereſt. Vale.

C. Plinius Meſſio maximo ſuo ſalutem.

Meminiſti ne te ſæpe legiſſe q̃ntas cõtentiones excitarit lex tabellaria: q̃ntũq; ipſi latori uel gloriæ uel reprehẽſionis attulerit? At nũc i ſenatu ſine ulla diſſenſiõe: hoc idem ut optimũ placuit. omnes comitioꝝ die tabellas poſtulauerũt. Exceſſeramus ſane manifeſtis illis apertiſque ſuffragiis licentiã concionũ non tẽpus loquendi non tacendi modeſtia: nõ deniq; ſedẽdi dignitas cuſtodiebatur: Magni undiq; diſſonique clamores: procurrebant omnes cum ſuis cãdidis: multa agmina in medio: multiq; circuli & indecora cõfuſio: Adeo deſciueramus: a cõſuetudine parentum apud quos omnia diſpoſita: moderata: tranqlla: maieſtatẽ loci pudoremq; retinebãt: ſuperſunt ſenes ex quibus audire ſoleo hunc ordinem comitioꝝ citato noĩe candidati ſilentiũ ſummũ: dicebat ipſe pro ſe: uitam ſuam explicabat: teſtes & laudatores dabat: uel eũ ſub quo militauerat: uel cum ſub quo quæſtor fuerat: uel utrũq; ſi poterat: Addebat quoſdã ex ſuffragatoribus: illi grauiter & parce loquebãtur: plus hoc q̃ preces proderat: nonnunq̃ candidatus aut natales

competitoris: aut annos: aut etiã mores arguebat: Audiebat ſenatus grauitate cẽſoria: ita ſæpius digni quam gratioſi præualebãt quæ nunc in modico fauore corrupta ad tacita ſuffragia q̃ſi ad remediũ decurrerunt: quod interim plane remedium fuit: erat enim nouũ: & ſubitũ: Sed uereor ne procedẽte tempore ex ipſo remedio uitia naſcãtur: Eſt enim periculũ ne tacitis ſuffragiis impudentia irrepat: Nã quoto cuiq; eadem honeſtatis cura ſecreto quæ palam? Multi famã: conſciẽtiam pauci uerentur: Sed nimis cito de futuris: interim beneficio tabellarum habebimus magiſtratus: qui maxime fieri debuerunt: Nam ut in reciperatoriis iudiciis: Sic nos in his comitiis quaſi repente apprehenſi ſinceri iudices fuimus. Hæc tibi ſcripſi primũ: ut aliq̃d noui ſcriberem: deinde ut nonnunquam de re p. loquerer: cuius materiæ nobis quanto rarior quam ueteribus occaſio tanto minus omittenda eſt: Et hercule quouſque illa uulgaria quid agis? Eho? ecquid cõmode uales? habeant noſtræ quoq; litteræ aliq̃d non humile nec ſordidum nec priuatis rebus incluſum: ſunt quidem cũcta ſub unius arbitrio: qui pro utilitate communi ſolus omnium curas laboreſq; ſuſcepit q̃dam tamen ſalubri tempamẽto ad nos quoq; uelut riui ex illo benigniſſimo fonte decurrũt: quos & haurire ipſi & abſentibus amicis quaſi miniſtrare epiſtolis poſſumus. Vale.

C. Plinius Cornelio Priſco ſuo ſalutem.

AVdio Valeriũ martialẽ deceſſiſſe: Et moleſte fero. Erat homo ingenioſus: acutus: acer:

& q plurimum in scribẽdo & salis haberet & fellis: nec candoris minus: prosecutus eram uiatico secedentem: dederam hoc amicitiæ: dederam etiam uersiculis quos de me cõposuit: fuit moris antiqui eos qui uel singulorꝝ laudes uel urbium scripserãt: aut honoribus aut pecunia ornare: nostris uero temporibus: ut alia speciosa & egregia: ita hoc in primis exoleuit. Nam postquam desiimus facere laudanda: laudari quoq; ineptũ putamus: Quæris qui sint uersiculi: quibus gratiam rettulerim: Remitterem te ad ipsum uolumen: nisi quosdam tenerẽ: Tu si placuerint hi: cæteros in libro reqres: alloqtur musam: mandat: ut domũ meam exqlias quærat: adeat reuerenter: sed ne tempore non tuo disertã pulses ebria ianuã uideto: totos dat tetricæ dies mineruæ: dum centum studet auribus uirorꝝ: hoc quod secula posterique possint arpinis quoque comparare chartis: seras tutioribus ad lucernas: hæc hora est tua cum fuerit lieuus: dum regnat rosa: dum mandent capilli: tunc me uel rigidi legant catones: merito ne eum: q hæc de me scripsi & tunc dimisi amicissime. Et nunc ut amicissimũ defunctum esse doleo: Dedit enim mihi quantum maxime potuit: daturus amplius si potuisset tametsi quid homini potest dari maius q̃ gloria & laus & æternitas? at non erunt æterna: quæ scripsit: non erunt fortasse: ille tamen scripsit tanq̃ essent futura. Vale.

C. Plinii Se. Nouicomensis Liber Quartus Incipit

C. Plinius Fabato Socero Suo Salutem:

RVpis post longũ tempus neptem tuam meq; una uidere: gratum est utrique nostrũ quod cupis: mutuo mehercule nam inuicem nos incredibili quodam desiderio uestri tenemur: quod non ultra differemus: Atq; adeo iam sarcinulas alligauimus: festinaturi: q̃ntum ratio itineris p̃miserit: Erit eĩm una sed breuis mora: deflectemus in tuscos nõ ut agros remque familiarem oculis subiiciamus: id enim postponi potest: Sed ut fũgamur necessario officio: oppidum est prædiis nostris uicinum nomen trifernium tyberinum: quod me pene adhuc puerum patronum cooptauit tanto maiore studio quanto minore iudicio aduentus meos celebrat: profectionibus angitur honoribus gaudet: in hoc ego ut referrem gratiam (nam uinci ĩ amore turpissimum est) Templum pecunia mea extruxi cuius dedicationem cũ sit p̃atum deferre lõgius in religiosum est: erimus ibi ergo dedicationis die quem epulo celebrare constitui: Subsistemus fortasse & sequẽti die sed tanto magis uiam ipsam corripiemus: contingat modo te filiamq; tuam fortes inuenire: nam hilares certũ est si nos incolumes receperitis. Vale.

C. Plinius S. Clementi suo salutem.

REgulus filium amisit: hoc uno malo ĩdignus quod nescio an malũ putet: Erat puer acris ingenii sed ambigui: qui tamẽ posset recta sectari:

si patrem non referret: hūc Regulus emancipauit: ut hæres matris existeret: Mancipatum ita uulgo ex moribus hominis loquebantur: fœda & insolita parentibus indulgentiæ simulatione captabat: incredibile sed Regulum cogita: Amissum tamen luget insane: habebat puer manulos multos & iūctos & solutos: habebat canes maiores minoresque: habebat: lusinias: psitachos merulas: omnes Regulus circa rogum trucidauit: nec dolor erat ille: Sed ostentatio doloris conuenitur ad eum mira celebritate: Cuncti detestantur: oderunt: & quasi probent: quasi diligunt. cursant: frequentant: Vtque breuiter quod sentio enuntiem: in Regulo demerendo Regulum imitantur Tenet se transtyberim in ortis in qbus latissimū solum: porticibus immensis: ripam statuis suis occupauit: ut est in summa auaritia sumptuosus: in summa infamia gloriosus: uexat ergo ciuitatem in saluberrimo tempore & quod uexat solatium putat: dicit se uelle ducere uxorem: hoc quoq; sicut alia puerse: audies breui nuptias lugentis senis: quorum alterū immaturū: alterum serum est: Vnde hoc augurer quæris? non quia affirmet ipse quo mēdacius nihil est: Sed quia certum est Regulum esse facturum quicquid fieri oportet. Vale.

C. Plinius S. Adriano suo salutem.

QVod semel atque iterum consul fuisti similis antiquis: ꝙ proconsul Asiæ. qualis ante te qualis post te uix unus aut alter. Non sinit enim me uerecundia tua dicere: nemo quod sanctitate

quod auctoritate quoq; priceps ciuitatis: Est qdem uenerabile & pulchrū: ego tñ te uel magis ĩ remissoribus miror. Nã seueritatẽ istã pari iucũditate cõdire: sũmæq; grauitati tãtũ comitatis adiũgere non minus difficile q̃ magnũ ẽ: id tu cũ ĩcredibili q̃dã suauitate sermonũ: tũ uel præcipue stilo assequeris: nã & loquẽti tibi illa homerici senis mella ꝓfluere & quæ scribis cõplere apes floribus & ĩnectere uidẽtur: ita certe sũ affectus ipse cũ græca epigrãmata tua: cum iambos maxime legerem: quantum ibi humanitatis: uenustatis: q̃ dulcia illa: q̃ amantia q̃ arguta: q̃ recta? Calimachũ me uel Herodẽ uel sí qd his melius tenere credebã: Quorũ tamen neuter utrũq; aut absoluit: aut attigit: hoiem ne Romanũ tã græce loq? Nõ medius fidius ipsas athenas tam atticas dixerim. Quid multa? ĩuideo græcis quod illorũ lingua scribere maluisti: neq; eĩm coniectura eget qd sermone patrio exprimere possis: tũ in hoc ĩsititio & ĩducto tam præclara opa perfectis. Vale.

C. Plinius S. Sossio suo salutem.

SAluisiũ nepotẽ ualidissĩe diligo: uirũ ĩdustriũ rectũ disertũ: Quod apud me uel potissimum est: idẽ C. Caluisium contubernalẽ meũ amicum tuũ arcta propinqtate complectitur: Est eĩm filius sororis: hũc rogo semestri tribunatu splẽdidiorem & sibi & auũculo suo facias: obligabis me obligabis Caluisiũ nostrũ: obligabis ipsũ nõ minus idoneum debitorem q̃ nos putas: Multa beneficia in multos contulisti: ausim cõtendere nullũ te melius; æque bene unum: aut alterum collocasse. Vale.

C. Plinius Sparso suo salutem.

VEschinem aiũt petentibus rhodiis legisse orationem suã. deinde Demosthenis sũmis utranque clamoribus. Quod tantorum uirorum contigisse scriptis non miror cũ orationẽ ꝓxime doctissimi homines hoc studio: hoc assensu: hoc etiã labore: perbiduũ audierint. quãuis ĩtentionẽ eoꝝ nulla hinc & inde collatio: nullũ q̃si certamẽ accenderet. Nam rhodii cũ ipsis orationũ uirtu-tibus tum etiã cõparationis aculeis excitabãtur nostra oratio sine æmulatiõis gratia probabatur an merito scies cum legeris librum cuius ampli-tudo nõ sinit me longiore epistola ꝓloq. oport& enim nos ĩ hac certe in qua possumus esse breues: quos sit excusatius Quod librum ipsum nõ tamẽ ultra causæ amplitudinem extendimus. Vale.

C: Plinius Nasoni suo salutem.

MVsci grandine excussi ĩ regione trãspadana summa abundantia sed parum utilitatis nunciatur. Solum mihi Laurentinum meum in redditu nihil quidẽ ibi possideo præter tectum & ortum statimque harenas Solum tamen mihi in redditu ibi enim plurimũ scribo nec agrum quẽ non habeo sed ipsũ me studiis excolo ac iã possũ tibi ut aliis ĩ locis horreum plenũ sic ibi scrineũ ostẽdere Igitur tu quoq; si certa & fructuosa ꝑdia concupiscis aliquid in hoc littore para. Vale.

C. Plinius Lepido suo salutem.

Pæpe tibi dico inesse uim Regulo mirum est quam efficiat in quod incubuit: placuit ei

lugere filium: luget ut nemo eius statuas placuit & imagines quamplurimas facere: hoc omnibus officinis agit: illum coloribus: illum cera: illũ ære: illũ argento: auro: ebore: marmore effigit Ipse uero & nuper adhibito ĩgenti adiutorio librũ de uita eius recitauit de uita pueri recitauit. Tamen eundẽ librũ in exemplaria mille trãscriptũ per totam Italiam prouintiasq; dimisit. Scripsit publice ut a decurionibus eligeretur uocalissimus a liguis ex ipis qui legeret cum populo factum est hanc ille uim seu quo alio noĩe uocanda est ĩtẽtio Quicquid uelis optinendi si adoptiora uertisset quãtum boni efficere potuisset quanq̃ minor uis bonis quam malis inest ac sicut

Uita recta ingenia debilitat uerecundia peruersa confirmat audacia. Exẽplo est Regulus: ĩbecillũ lacus: os confusum: hæsitans lingua: tardissĩa inuentio est. memoria nulla: nihil deniq; præter ingeniũ insanum: & tamẽ ei impudentia ipsoq; illo furore peruenit ut plurimis orator habeatur Itaque Herennius senetio mirifice illud Catonis de oratore in hunc e contrario uertit: orator est Vir malus dicendi ĩperitus Nõ me hercule Cato ipse tam bene uerũ oratorem quã hic Regulum expressit: Habesne quotali epistolæ partẽ gratiã referas: omnes si scripseris nũ aliqs ĩ municipio uestro ex sodalibus? nũ etiã ipse tu hũc luctuosũ Reguli librũ ut circũlator in foro legeris si lic& ut ait Demosthenes

est

enim tam ieptus ut risũ magis possit exprimere quam gemitũ: credas non de puero scriptum sed a puero. Vale.

C. Plinius Arriano suo salutem.

GRatularis mihi quod acceperim auguratũ: iure gratularis: primum quod grauissimi principis iudicium in minoribus etiam rebus consequi pulchrũ est: deinde quod sacerdotium ipsum cum priscum & religiosum: cũ hoc quoq; sacrum plane & insigne est: quod non adimitur uiuenti. Nam alia quanq̃ dignitate propemodũ paria ut tribuuntur: sic auferũtur ĩ hoc fortunæ hactenus lic& ut dari possit. Mihi uero etiã illud gratulatione dignũ uidetur: quod successi Iulio frontino principi uiro qui me nominationis die per hos continuos annos inter sacerdotes noĩabat tanq̃ in locũ suũ coaptar&: quod nũc euentus ita comprobauit ut nõ fortuitũ uideretur. Te quidẽ (ut scribis) hoc maxĩe delectat auguratus meus. Quod M. Tullius augur fuit: Lætaris enĩ quod honoribus eius insistam: quẽ æmulari in studiis cupio. sed utinam ut sacerdotiũ idẽ & consulatũ multo etiã iuuenior quam ille sũ consecutus: Ita senex saltẽ ĩgeniũ eius aliq̃ ex parte asseq possim Sed nimirũ quæ sunt ĩ manu hominũ & mihi & multis contigerũt: Illud uero ut adipisci arduũ sic etiã sperare nimiũ est: quod dari nisi a diis non potest. Vale.

C. Plinius Vrso suo salutem.

PAusam p hos dies dixit Iulius Bassus homo laboriosus: & aduersis suis clarus: accusatus ē sub Vespasiano a priuatis duobus ad senatū remissus diu pepēdit tādē absolutus uidicatusq; est. Titum timuit ut domiciani amicus a Domitiano relegatus est reuocatus a Nerua sortitusq; bithyniam redit reus accusatus nō minus acriter quam fideliter defensus uarias sententias habuit plures tamen mitiores: egit cōtra eum Pōponius ruffus uir peritus & uehemens ruffo successit Theophanes unus ex legatis princeps accusatiois & origo: respōdi ego nam mihi Bassus iniūxerat ut totius defensionis fundamenta iacerem dicerē de ornamentis suis quæ illi & ex generis claritate & ex periculis ipsis magna erāt: dicerem & conspiratione delatorum quam in quæstu habebant dicerem causas quibus factiosissimū quēq; ut illū ipsū Theophan ē offendiss&: eundē me uoluerat occurrere crimini quo maxime præmebatur: in aliis enī q̄uis auditu grauioribus nō absolutionē modo uerum etiam laudem merebatur hoc illū onerabat quod homo simplex & incautus quedā a prouītialibus: ut amicus acceperat: Nā fuerat in prouinti a eadē quæstor hæc accusatores furta & rapinas. Ipse munera uocabat: Sed lex munera quoq; accipi uetat: hic ego quid agerē? quod iter defensionis īgrederer: negarē? uerebar ne plane furtū uideretur quod confiteri timerē. præterea rem manifestam inficiari augentis erat crimē nō diluetis præsertim cum reus ipse nihil integrū

aduocatis reliquiss& Multis enĩ atq; etiã pricipi dixerat sola se munuscula duntaxat natali suo aut accepisse saturnalibus: & plerisq; misisse. Veniam ergo peterem? Iugularẽ reũ quẽ ita deliqsse cõcederẽ ut seruari nisi uenia nõ poss& tanq̃ recte factum tuerer. Nõ illi profuisse: sed ipse ĩpudens extitissẽ in hac difficultate placuit qddã mediũ tenere: Videor tenuisse: actionem meã ut prælia sol& nox diremit: egerã horis tribus & dimidia supererat sesquihora: Nam cũ ex lege accusator sex horas nouem reus accepiss&: ita diuiserat tempora reus: ĩter me & eũ: qui dicturus post erat ut ego qnq; horis ille reliqs uteret̃ mihi successus actionis silentium fineq; suadebat. Temerarium est enĩ secũdis nõ esse cõtẽtũ: Ad hoc uerebar ne me mox corporis uires iterato labore deficerent quæ difficilius est repetere quã iũgere. Erat etiã periculũ ne reliq̃ actio mea & frigus ut deposita & tedium ut resũpta pateretur. ut enĩ faces ignẽ assidua concussione custodiunt: dimissũ egerrĩe reparant. Sic & dicentis calor & audientis ĩtẽtio continuatione seruatur. Intercapedine & quasi remissione languescit: Sed Bassus multis p̃cibus pene & lachrymis obsecrabat implerẽ meũ tẽpus parui: utilitatemq; eius prætuli meæ bene cessit ĩueni ita erectos aĩos senatus ita recẽtes ut priore actione incitati magis quam satiati uiderentur. Successit mihi Lutius albinus tã apte ut oratioẽs nostræ uarietatẽ duarum cõtextũ unius habuisse credantur. Respondit Herennius pollio ĩstanter

& grauiter : Deinde Theophanes rursus fecit enĩ hoc quoq; : ut cætera impudentissime: quod post duos & consulares & disertos tempus sibi & quidẽ laxius uẽdicauit : Dixit in noctem atq; etiã i latis lucernis : postero die egerũt pro Basso Nomulus & fronto mirifice : quartum diem probationes occupauerunt . Censuit Bebius macer consul designatus lege repetundarum Bassũ teneri : Cepio hispo salua dignitate iudices dãdos . Vterq; recte Qui fieri potest ĩquis cum tam diuersa cẽsuerit quia scilic& & macro legem intuenti cõsentaneũ fuit damnare eum qui contra legem munera acceperat & Cepio cũ putar& licere senatui sic licet & mitigare leges & intendere : non sine ratione ueniam dedit : facto uetito quidem non tamen inusitato : pualuit sentẽtia Cepionis : Quinimo consurgenti ei ad censẽdum acclamatũ est quod sol& residẽtibus : Ex quo existimare quãto cõsesu sit exceptum cum diceret quod tã fauorabile fuit cum dicturus uideretur : Sunt tamen ut ĩ senatu ita in ciuitate in duas partes hominum iudicia diuisa : Nam quibus sentẽtia Cepionis placuit sentẽtiã macri ut rigidam duramq; reprehẽdũt Quibus macri : illam alterã dissolutam atq; etiã incongruentem uocant : Negant enim congruẽs esse retinere in senatu cui iudices dederis. Fuit & tertia sẽtẽtia Valerius paulinus assẽsus Cepioni hoc amplius censuit referendum de Theophane cum legationem renunciass& : Arguebatur enĩ multa ĩ accusatione fecisse quæ illa ipsa lege qua

Bassum accusauerat tenerentur: Sed hanc sētētiā cōsules quanq̄ maxiē parti senatus mire ꝓbabat non sunt persecuti: Paulinus tamen & iustitiæ famam & cōstantiæ tulit: Misso senatu Bassus magna hominum frequētia: magno clamore: magno gaudio exceptus est: fecerat eum fauorabilem renouata discriminum uetus fama notūq; periculis nomen: & in procero corpore mœsta & squalida senectus: habebis hanc interī epistolam ut a expectabis orationem plenam onustamq;: expectabis diu: neq; enim leuiter & cursī ut de re tanta retractāda est. Vale.

C. Plinius S. Sabino suo salutem.

SCribis mihi Sabinā quæ nos reliq̄t hæredes modestum seruum suū nusq̄ liberum esse iussisse: eidem tamen sic ascripsisse legatum modesto quem liberum esse iussi: Queris quid sētiā contuli cum prudentibus: cū peritis uiris cōuenit Inter omnes nec libertatē deberi quia nō sit data nec legatum quia seruo suo dederit: Sed mihi manifestus error uidetur: ideoq; puto nobis q̄si scripserit Sabina faciendum ꝙ ipsa scripsisse se credididit: Confido accessurum te sentētiæ meæ Cum religiosissime soleas custodire defunctorū uoluntatem. quam bonis hæredibus intellexisse pro iure est. Neq; enim minus apud nos honestas q̄ apud alios necessitas ualet: moretur ergo ī libertate sinētibus nobis: fruatur legato: quasi omnia diligentissime cauerit: cauit enim quæ hæredes bene elegit. Vale.

C. Plinius S. Cornelio Minutiano suo sal.

Audisti ne Valerium Licinianum in sicilia profiteri? Nondum te puto audisse: Est enim recens nuncius ꝑtorius: hic modo inter eloquētissimos causarum actores habebatur. Nunc eo decidit ut exul de senatore rhetor de oratore fieret. Itaq; ipse ī præfatione dixit dolēter & grauiter. Quos tibi fortuna ludos facis? Facis enī ex ꝓfessoribus senatores ex senatoribus ꝓfessores. Cui sētētiæ tātū bilis tātū amaritudīs ieit ut mihi uideať ideo ꝓfessus ut hoc diceret: idē cū græco pallio amictus intrass&: Carent enim togæ iure: quibus aqua & igni interdictū est: postq̄ se composuit: circunspexitq; habitum suum latinæ inquit: Declamaturus sū dicens tristia & miserāda. Dignū tamen illum qui hæc ipsa tristia incesti scelere macularit: confessus quidem īcestum sed ī certū utrunq; uerum erat an quia grauiora metuebat si negass&. Fremebat enī Domitianus. æstuabatq; ingenti inuidia cōstitutus nam cum Corneliam Maximillā uestalem defodere uiuā cōcupiscer& & ut qui illustrari seculū suum eiusmodi exēplis arbitraretur Pontificis maximi iure seu potius īmaītate tyrāni licētia domini reliquos pōtifices non in regiam sed in albanam uillam cōuocauit: nec minore scelere quam quod ulcisci uidebatur absentem inauditamq; damnauit incesti cum ipe fratris filiam incesto non polluiss& solum uerū etiam occidiss&: Nā uidua abortu periit missi pontifices qui defodiendam necandamq; curarēt

Illa nunc ad uestam nūc ad cæteros deos manus tendēs multa sed hoc frequentissime clamitabat. Me Cæsar incestā putat qua sacrafaciente uicit triūphauit blandiens . hæc an irridens ex fidutia sua an ex contemptu principis dixerit dubiū est. dixit donec ad supliciū nescio an īnocens certe tanq̄ nocens ducta est . Quin etiam cum in illud subterraneū cubiculū demitterentur . hesisset q; descēdēti stola uertit se ac recollegit cū ei carnifex manum daret aduersata est & resiliit fœdū q; cōtactū q̄si plane a casto corpore puroq; nouissima sanctitate reiecit omnibusq; muneris pudoris : præterea celer eques romanus cui Cornelia obiciebatur cum ī comitio uirgis cæderetur ī hac uoce præstiterat quid feci ? Nihil feci . Ardebat ergo Domitianus & crudelitatis & īiquitatis infamia arripit Licinianū quod in agris suis occultasset Corneliæ libertam . Ille ab his quibus erat curæ præmonetur : si comitiū & uirgā pati nollet ad confessionem confugeret quasi ad ueniam fecit locutus est pro absente Herēnius senetio tale qdā quale est illud

Ait enī ex aduocato nūcius factus sū Licinianus recessit: adiecit etiā gratū hoc Domitiano adeo qdē ut gaudio ꝓdiret diceretq; absoluit nos Licinianus adiecit etiam non esse uerecundiæ eius instandū ipi uero permisit si qua posset ex rebus suis raperet antequā bona publicarentur . exiliūq; molle uelut præmium dedit . Ex quo tamen postea clementia Diui Neruæ translatus est in siciliam ubi nunc

profitetur seq; de fortuna ꝓ̄fationibus uindicat uides quam obsequenter paream tibi qui nō solū res urbanas uerū etiā peregrinas tā sedulo scribo ut altius repetam & sane putabā te qa tūc adfuisti nihil aliud de Liciniano audisse quā relegatū ob incestū summā enī rex nūciat fama nō ordinē me/reor ut uicissī quid ī oppido tuo quid ī finitimis agatur solēt enī notabilia quædā īcidere pscribas deniq; quicqd uoles dūmodo nō minus lōga epi/stola nuncies ego uon paginas tantum sed etiam uersus syllabasq; numerabo. Vale.

C. Plinius Arriano suo salutem.

AMas Aegnatium Marcellinum atq; etiam mihi sæpe cōmendas amabis magis cōmē/dabisq; si cognoueris eius recens factum. Cum in prouintiā quæstor exiss& scribāq; cui forte obti/gerat ante legittimū tēpus salarii amisiss& quod acceperat scribæ daturus intellexit cōstatuit sub sidere apud se nō oportere. Itaq; reuersus Cæsarē deinde Cæsare auctore senatū cōsuluit quid fieri de salario uell& & parua quæstio sed tamē quæstio hæredes scribæ sibi præfecti ærario populoq; iudi/cabant: acta causa est. dixit hæredum aduocatus deinde populi uterq; percōmode. Cælius strabo ærario cēsuit inferendū Bebius macer hæredibus dandū obtinuit strabo tu lauda Marcellinum ut ego stati feci quāuis enim habunde sufficiat illi ꝙ est a principe & a senatu ꝓbatus gaudebit tamē testimonio tuo omnes enim qui gloria famaque ducūtur mirū ī modū assēsio & laus a miōribus

etiã ꝓfecta delectat Te uero Marcellius ita ueretᷣ
ut iudicio tuo plurimũ tribuat accedit his: quod
si cognorit factũ suũ isto usq; penetrasse necesse
est laudis suæ spatio & cursu & peregrinatione
lætetur. Eteni nescio quo pacto uel magis hoies
iuuat gloria lata quam magna. Vale.

C. Plinius Tacito suo salutem.

SAluũ te in urbẽ uenisse gaudeo: ueisti autẽ
si quãdo alias nũc mihi maxie desideratus
ipe adhuc pauculis diebus i tusculano cõmorabor
ut opusculũ quod est i manibus absoluã. Vereor
enim ne si hanc intentionẽ iam in finẽ laxauero
ægre resumã: interi nequid festinationi meæ ꝑeat
quod sum præsens petiturus hac quasi ꝓcursoria
epistola rogo. sed prius accipe causas rogãdi: deide
ipsum quod peto proxime cũ in patria mea fui
uenit ad me salutandũ municipis mei filius præ-
textatus ego huic studes iquã respondit etiã: ubi?
Mediolani: cur nõ hic? et pater eius erat eni una
atq; etiã ipse adduxerat puerum quia nullos hic
ꝓceptores habemus. quare nullos? nã uehemẽter
itererat uestra qui patres estis & opportune cum
plures patres audiebãt liberos uestros hic potissi-
mũ discere. Vbi enim aut iucundius morarẽtur
quam in patria aut pudicitius continerẽtur quã
sub oculis parentum aut minore sumptu quam
domi. quãtulũ est ergo collata pecunia cõducere
præceptores quodq; nũc in habitationes i uiatica
in ea quæ peregre emuntur impenditis adicere
mercedibus atq; adeo ego qui nũdũ liberos habeo

paratus sū pro rep. nostra qua si ꝓ filia uel parēte tertiā partē eius quod cōferre uobis placebit dare. Totū etiam pollicerer nisi timerē ne hoc munus meū quandoq; ambitus corrumpetur ut accidere multis in locis uideo ī quibus p̄ceptores publice cōducūtur: huic uitio occurri uno remedio potest si parentibus solis ius conducendi relinquatur. iisdē religio recte iudicādi necessitate collationis addatur. Nam qui fortasse de alieno negligētes certe de suo diligentes erunt. dabūtq; operā ne a me pecuniā nō nisi dignus accipiat si accepturus & ab his erit proinde cōspirate cōsētite maiorēq; animū ex meo sumite qui cupio esse quāplurimū quod debeam conferre nihil honestius præstare liberis uestris nihil gratius patriæ potestis educentur hic qui nascuntur statiq; ab īfantia natale solum amare frequentare cōsuescant. atq; utinā tam claros præceptores inducatis ut ī finitimis oppidis hinc studia petantur. utq; nunc liberi nostri aliena ī loca ita mox alieni hunc in locum cōfluāt. Hæc putaui altius & q̄si a fonte repetēda quo magis scires q̄ gratum mihi for& si suscipes quod iniungo: Iniungo autem & pro rei magnitudine: rogo ut ex copia studiorū quæ ad te ex admiratione ingenii tui conuenit circunspicias p̄ceptores quos sollicitare possimus sub eadē tamē conditione ne cui fidem meam obstringā: omnia enim libera parentibus seruo. Illi iudicent: illi eligant: ego mihi curam tantū & īpendiū uidico Proinde si quis fuit repertus qui īgenio suo fidat

eat illuc ea lege ut hic nihil aliud certũ q̃ fidutiã suã ferat. Vale.

C. Plinius Paterno suo salutem.

TV fortasse orationem ut soles & flagitas & expectas: At ego quasi ex aliqua peregrina delicataq; merce lusus meos tibi prodo: Accipies cum hac epistola hendecasyllabos nostros quibus nos in uehiculo uersuũ commoditas ĩ balneo ĩter cœnam oblectamus ocium temporis his iocamur ludimus: amamus: dolemus: quæremur: irascimur: describimus aliquid modo altius modo pressius: atque eadẽ uarietate tentamus efficere ut aliis alia quædam fortasse omnibus placeaut: Ex quibus tamẽ si nõnulla tibi paulo petulãtiora uidebuntur: erit eruditionis tuæ cogitare sũmos illos & grauissimos uiros qui talia scripserunt nonmodo a lasciuia rerum sed ne uerbis quidem nudis abstinuisse: quæ nos refugimus non quia seueriores unde enĩ: sed quia timidiores sumus scimus alioquĩ huius opusculi illã esse uerissimã legem quam Catullus expressit. Nam castum esse dec& pium poetam ipsum: uersiculos nihil necesse est: qui tunc deniq; habent salẽ & leporẽ si sunt molliculi & parum pudici. Ego quanti faciam iudicium tuũ uel ex hoc potes estimare ꝙ malui omnia a te pensitari q̃ electa laudari. & sane quæ sunt commodissima desinũt uideri cũ paria esse cœperunt. Præterea sapiens subtilisq; lector deb& nõ diuersis cõferre diuersa: sed sigula expẽdere: nec deterius alio putare quod est ĩ suo

genere perfectum. Sed quid ego plura? Nam longiore præfatione uel excusare uel cõmendare ineptias ineptissimum est. Vnũ illud ꝑdicẽdũ uidetur cogitare me has nugas ita inscribere hẽdecasyllabi: qui titulus sola metri lege cõscribit. Proĩde siue epigrãmata siue edyllia siue æglogas siue (ut multi) poemata seu quod aliud uocare malueris. Licebit uoces. Ego tãtũ hẽdecasyllabos præsto a simplicitate tua peto quod de libello meo dicturus es aliis mihi dicas: neq; ẽ difficile quod postulo. Nam si hoc opusculum nostrũ aut potissimum ess& aut solum posset durum uideri dicere. Quære quid agas. Molle & humanum est quod agas: Vale.

C. Plinius Fundano suo salutem.

SI quid omnino hoc certe iudicio facio quod Asinium Ruffum singulariter amo: Est homo eximius & bonorum amantissimus: Cur enim non me quoque inter bonos numerem? Idẽ Cornelium Tacitum scis quem uirum? aucta familiaritate cõplexus est: proinde si utrũq; nostrũ probas: de Ruffo quoque necesse est idem sentias cuũ sit ad cõnectendas amicitias uel tenacissimũ uinculũ morum similitudo. Sũt & liberi plures Nã in hoc cũ functus est optimi ciuis officio ꝙ fæcunditate uxoris large frui uoluit eo sæculo quo plerisque etiam singulos filios orbatis præmia graues faciunt: quibus ille despectis aui quoque nomen assumpsit: est enim auus & quidem ex Saturio firmo quem diliges ut ego si ut ego

propius inſpexeris. Hæc eo pertinent ut ſcias q̄ copioſam q̄ numeroſam domum uno beneficio ſis obligaturus: ad quod petendum uoto primū deinde bono quodam omine adducimur. Optamus enim tibi ominamurque in proximum annum: Conſulatum: Ita nos uirtutis tuæ: ita iudicia Principis augurari uolunt. Concurrit autem ut ſit eodem anno quæſtor maximus ex liberis Ruffi Aſinius Baſſus iuuenis: neſcio an dicam quod me pater & ſentire & dicere cupit. adoleſcentis uerecunda uetat Ipſo patre melior. difficile eſt ut mihi de abſēte credas quā q̄ credere ſoles omnia. tantum in illo induſtriæ: probitatis eruditionis: ingenii: ſtudii: memoriæ denique eſſe quantum expertus iuuenis. Vellem tā ferax ſæculū bonis artibus haberemus ut aliquos Baſſo præferre deberes: Tum ego te primus hortarer monerem q; circunferres oculos ac diu pēſitares quem potiſſimum eligeres. Hunc uero ſed nihil uolo de amico meo arrogantius dicere: hoc ſolū dico dignum eſſe iuuenem quem more maiorum in filii locum aſſumas. Debent autem ſapientes uiri ut tu: tales a rep. liberos accipere: quales a natura ſolemus optare. Decus erit tibi Conſuli quæſtor patre prætorio: propinquis conſularibus quibus iudicio ipſorum quanq̄ adoleſcentulus adhuc iam tamen inuicē ornamento eſt. Proinde indulge precibus meis. obſequere conſulo & ante omnia ſi feſtinare uideor ignoſce: primum ꝙ in

ea ciuitate in qua omnia quasi ab occupantibus aguntur quæ legittimum tempus expectant non matura sed sera sunt: Deinde q rerum quas asseq cupias præsumptio iucunda est. reuereatur iam te Bassus ut cõsulẽ. Tu diliges illum ut quæstorẽ Nos denique utriusque uestrum amantissimi duplici lætitia perfruamur: etenim cum sic te: sic Bassum diligamus ut & illum cuiuscunque & tum quæcunque quæstorem in petendis honoribus omni opere omni labore omni gratia simus adiuuaturi perq̃ iucundũ nobis erit si in eundẽ iuuenem studium nostrum & amicitiæ nostræ & consulatus tui ratio cõtulerit: si deniq; pcibus meis tu potissimum adiutor accesseris cuius senatus & suffragio libentissime indulgeat & testimonio plurimum credat. Vale.

C. Plinius Valerio Paulino salutẽ.

GAude meo: gaude tuo: gaude etiã publico nomine. Adhuc honor studiis durat. proxime cum dicturus apud centumuiros essem: adeundi mihi locus ni a tribunali nisi per ipsos iudices non fuit: tãta stipatione Cætera tenebãt Ad hoc quidam ornatus adolescens scisis tunicis ut in frequentia solet fieri: sola uelatus toga perstitit & quidem horis septem. Nam tamdiu dixi: magno cum labore maiore cum fructu. Studeamus ergo nec desidiæ nostræ prætẽdamus alienam: sunt qui audiant sunt qui legant nos modo dignum aliquid auribus: dignum chartis

elaboremus. Vale.

C. Plinius Gallo suo salutem.

Admones & rogas ut suscipiam absentis Coreliæ causam contra C. Cæciliũ cõsulem designatũ. Quod Admones gratias ago ꝙ rogas quæror: admoneri enim debeo ut sciam. rogari non: ut faciam quod mihi non facere turpissimũ est: an ego tueri Corelli filiam dubitem? Est mihi quidem cum isto contra quem me aduocas non plane familiaritas sed tamen amicitia. Accedit huc dignitas hominis: atque hic ipse cui destinatus est honor. Cuius nobis hoc maior agenda reuerentia est ꝙ iam illo functi sumus Naturale est enim ut ea quæ quis adeptus est ipsa q̃amplissima existimari uelit: Sed mihi cogitanti adfuturũ Corelli filiæ: omnia ista frigida & inania uidentur. Obuersatur oculis ille uir quo neminem ætas nostra grauiorem: sanctiorem: subtiliorem denique tulit. quem ego cum ex admiratione diligere cœpissem quod euenire contra sol& magis admiratus sum postq̃ penitus inspexi. Inspexi enim penitus nihil a me ille secretum: non ioculare: non serium: non triste non lætum. Adolescentulus eram etiam mihi ab illo honor atque etiam audebo dicere etiam reuerentia ut ab æquali habebatur. Ille meus in petendis honoribus suffragator: & testis ille in inchoandis deductor & comes. ille in gerendis consiliator & rector. ille denique in omnibus

officiis nostris q̄ & imbecillus & senior quasi iuuenis & ualidus cōspiciebatur. Quantum ille famæ meæ domi in publico: quantum etiam apud principem adstruxit. Nam cum forte de bonis iuuenibus apud Neruam Imperatorem sermo incidiss&: et plerique me laudibus ferrēt: Paulisper se intra silentium tenuit: quod illi plurimum auctoritatis addebat: deinde grauitate quam noras: necesse est inquit partius Laudem Secundum quia nihil nisi ex consilio meo facit Qua uoce tribuit mihi quantum petere uoto in modicum erat: nihil me facere non sapientissime: cum omnia ex consilio sapientissimi uiri facerem. Quin etiam moriens filiæ suæ ut ipsa solet prædicare multos quidem amicos tibi in longiore uita paraui: Præcipuos tamē Secundū & Cornutum. Quod dum recordor intelligo mihi laborandum ne qua parte uidear hanc de me fidutiam prouidentissimi uiri destituisse. Quare ego uero Coreliæ adero promptissime: nec subire offensas recusabo. quanq̄ non solum ueniam me uerum etiam laudem apud istum ipsum a quo ut ais noua lis fortasse ut fœminæ intenditur: arbitror consecuturum si hac eadem in actione latius scilic& & uberius q̄ epistolarum angustiæ sinunt contigerit mihi uel in excusationem uel etiam in commendationem meam dicere. Vale.

C. Plinius Antonino suo salutem.

QVemadmodum magis approbare tibi pos-
sum quantopere miror Epigrammata tua
græca q̃ ꝗ quædam æmulari latinæ & exprimere
tentaui. Indeterius quidem accedit hoc : pri-
mum imbecillitate ingenii mei : deinde inopia
ac potius ut Lucretius ait egestate patrii sermo-
nis. Quod si hæc & quæ sũt latina & mea habere
tibi aliquid uenustatis uidebuntur : quantum
putas inesse eis gratiæ : quæ mihi & a te & græce
præferuntur : Vale.

C. Plinius Hispullæ suæ salutem.

CVm sis pietatis exemplum : fratremque
optimum & amantissimum tui pari ca-
ritate dilexeris : filiamque eius ut tuam diligas
nec tantum amitæ ei uerum etiam patris amissi
affectum representes : non dubito maximo tibi
gaudio fore cum cognoueris dignam patre :
dignam te : dignam auo euadere. Summum
est acumen : summa fragilitas : amat me quod
castitatis indicium est. Accedit his studium
litterarum quod ex mei caritate concepit. Meos
libellos hab& : lectitat : ediscit etiam. Qua illa
sollicitudine cum uideor acturus quanto cum
egi gaudio afficitur. Disponit qui nuncient
sibi quem adsensum : quos clamores excitarim
quem euentum iudicii tulerim. Eadem si quãdo
recitem in proximum discreta uelo sed& laudes-
que nostras auidissimis auribus excipit : uersus
quidem meos cantat & forma atque cythara

non artifice aliquo docente : ſed amore qui magiſter eſt optimus. His ex cauſis in ſpem certiſſimam adducor perpetuam nobis maioremque indies futuram eſſe concordiam. Non enim ætatem meam aut corpus quæ paulatim occidūt ac ſeneſcunt : ſed gloriam diligit : Nec aliud dec& tuis manibus educatam : tuis præceptis inſtitutam : quæ nihil ī contubernio tuo uiderit niſi ſanctum honeſtumque : Quæ deniq; amare me ex tua prædicatione conſueuerit. Nam cum matrem meam parentis loco uenerere me a pueritia ſtatim formare laudare talemque qualis nunc uxori meæ uideor ominari ſolebas. Certatim ergo tibi gratias agimus. Ego ꝗ illam mihi illa ꝗ me ſibi dederis quaſi inuicē elegeris Vale.

C. Plinius Nonio maximo ſuo ſal.

QVid ſenſerim de ſingulis libris tuis notū tibi ut quenq̄m perlegeram feci. Accipe nunc quid de uniuerſis generaliter iudicem. Eſt opus pulchrum : ualidum : acre : ſublime uarium : elegans : purum : figuratum : ſpatioſum etiam & cum magna tua laude diffuſum In quo tu ingenii ſimul doloriſque uelis latiſſie uectus es : & horum utrunque inuicem adiumēto fuit. Nam dolori ſublimitatem & magnificentiam ingenium : ingenio uim & amaritudinē dolor addidit. Vale.

C. Plinius Velio Cereali ſuo ſal.

cxv

TRistem & acerbum casum Heluidiarum Sororum utraque a partu utraque filiam enixa decessit . afficior dolore ((nec tamen supra modum doleo)) : Ita mihi luctuosum uidetur q puellas honestissimas in flore primo fæcunditas abstulit . Angor infantium sorte quæ sũt parentibus statim & dum nascuntur orbatæ. Angor optimorum maritorum angor etiã meo nomine . Nam patrem illarum defunctũ quoq; perseuerantissime diligo : ut actione mea liberisque testatum est . Cui nunc unus ex tribus liberis superest : domumque pluribus adminiculis paulo ante fundatam desolatus fulcit ac sustinet : Magno tamen fomento dolor meus acquiesc& : si hunc saltem fortem & incolumẽ paremque illi patri illi auo fortuna seruauerit Cuius ego pro salute pro moribus hoc sũ magis anxius q unicus factus est . nosti in amore mollitiam animi mei nosti metus : Quo minus te mirari oportebit q plurimum timeam cui plurimum spero . Vale .

C . Plinius Sempronio Ruffo suo sa.

INterfui principis optimi cognitioni in consiliũ adsumptus gymnicus agon apud Viennenses ex cuiusdam testamento celebrabatur . Hunc Trebonius Ruffinus uir egregius nobisque amicus in duumuiratu suo tollendum abolendumque curauit . Negabatur ex auctoritate publica fecisse · Egit ipse causam nominis

feliciter q̃ diserte. Commendabat actionem quę tanq̃m homo romanus & bonus ciuis in negotio suo & mature & grauiter loquebatur. Cum sententiæ prorogarentur. Dixit Iunius Mauricus quo uiro nihil firmius nihil uerius non esse restituendum Vienensibus agona adiecit. uellem etiam tolli poss&. Roma. constanter iniquis & fortiter. Quid ni. Sed hoc fortiter Maurico nouum non est. Idem apud Neruam Imperatorem non minus fortiter. Cœnabat Nerua cũ paucis. Vegento recumbebat proximus atque etiam in sinu. Dixi omnia: Cum hominem nominaui incidit sermo de Catullo Messallino qui luminibus orbus ingenio sæuo mala cæcitatis addiderat: non uerebatur: non erubescebat non miserabatur. quo sæpius a Domitiano non secus ac tela quæ & ipsa cæca & improuida feruntur in optimum quenq̃ contorquebat. De huius nequitia sanguinariisque sententiis in commune omnes super cœnam loquebantur. Tum ipse Imperator. Quid putamus passurũ fuisse si uiuer&. Mauricus nobiscum cœnar& longius abii. Libens tamen. placuit agona tolli qui mores Vienensium infecerat: ut noster hic omnium. Nam Vienensium uitia intra ipsos residunt: nostra late uagantur. Vtque in corporibus sic in imperio grauissimus est morbus qui a capite diffunditur. Vale.

C. Plinius Pomponio Basso suo sal.

MAgnam cepi uoluptatem : cum ex communibus amicis cognoui te ut ſapientia tua dignum eſt & diſponere ocium & ferre : habitare amœniſſime : & nunc terra nunc mari corpus agitare : multum diſputare : multum audire : multum lectitare. Cunque plurimum ſcias : quotidie tamen aliquid addiſcere. Ita ſeneſcere oportet uirum qui magiſtratus ampliſſimos geſſerit : exercitus rexerit : totumq; ſe reip. quamdiu decebat optulerit. Nam & prima uitæ tempora & media patriæ : extrema nobis impartire debemus ut ipſe leges monent quæ maiorem annis ocio reddunt. Quando mihi licebit : q̃ndo per ætatem honeſtum erit imitari iſtud pulcherrimæ quietis exemplum : quando ſeceſſus mei non deſidiæ nomen ſed tranquillitatis accipiẽt. Vale.

C. Plinius Fabio Valenti ſuo ſal.

PRoxime cum apud C. V. in quadruplici iudicio dixiſſem : ſubiit recordatio egiſſe me iuuenem : æque in quadruplici. proceſſit animus ut ſol& longius cœpi reputare quos ĩ hoc iudicio quos in illo ſotios laboris habuiſſem. Solus eram qui in utroque dixiſſem : tantas conuerſiones aut fragilitas mortalitatis aut mobilitas fortunæ facit. Quidam ex iis qui tunc egerant deceſſerunt. exulant alii : huic ætas & ualetudo ſilentiũ ſuaſit : hic ſponte beatiſſimo ocio fruitur. alius exercitum regit ; illũ ciuilibus officiis principis

amicitia exemit: Circa nos ipsos q̄ multa mutata sunt: studiis periclitati sumus. Rursusque processimus: profuerunt nobis amicitiæ bonorum & obfuerunt: iterumque prosunt. Si computes annos: exiguū tempus. si uices rerū æuū putes Quod potest esse documento nihil desperare: nulli rei fidere: cum uideamus tot uarietates tā uolubili orbe circunagi. Mihi autem familiare est omnis cogitationes meas tecum cōmunicare: iisdemque te uel præceptis uel exemplis monere quibus ipse me moneo: quæ ratio huius epistolæ fuit. Vale.

C. Plinius Mesio maximo suo sal.

Scripseram tibi uerendum esse ne ex tacitis suffragiis uitiū aliquod exister&: factū est proximis comitiis in quibusdam tabellis multa iocularia atque etiam fœda dictu: in una uero pro candidatorum nominibus suffragatorū nomina inuenta sunt. Excanduit senatus magnoque clamore & qui scripsiss& iratum principem est cōprecatus. ille tamen fefellit & latuit fortasse etiā inter indignantis fuit. Quid hunc putamus domi facere qui ī tanta re tā serio tēpore scurriliter ludat? Qui denique omnino in senatu dicax & urbanus & bellus est? Tantū licētiæ prauis īgeniis adiicit illa fiducia: Quis enim sciet? poposcit tabellas: stilum accepit: dimisit caput: neminem ueretur sed contemnit. Inde ista ludibria scena & pulpito digna quo te uertas: quæ remedia

conquiras ? ubique uitia remediis fortiora

¶ Qui multum quotidie uigiliarum multũ laboris adiicit hæc iners & effrenata petulantia. Vale.

¶ C. Plinius Nepoti suo salutem.

PEtis ut libellos meos quos studiosissime cõparasti recognoscendos emẽdandosq; curẽ. faciã. quid enĩ suscipere libẽtius debeo te p̃ser tĩ exigente ? Nam cum uir grauissimus: doctissimus: disertissimus super hæc occupatissimus maximæ p̃uĩtiæ præfuturus tanti putes scripta nostra circunferre tecum est Quantopere mihi prouidendum est ne te hæc pars sarcinarum tã q̃ superuacua offendat. Adnitar ergo primum ut comites istos q̃cõmodissimos habeas: deinde ut reuersus inuenias quos uelis istis addere. Neque enĩ mediocriter me ad noua opera tu lector hortaris. Vale.

¶ C. Plinius Falconi suo salutem.

TErtius dies est q̃ audiui recitantem Sentiũ Augurinum cũ sũma mea uoluptate ĩmo etiam admiratione. poematica appellat. multa tenuiter: multa subtiliter: multa uenuste: multa tenere: multa dulciter: multa cũ bile. Aliquot annis puto nihil generis eiusdẽ absolutius scriptum: nisi forte me fallit aut amor eius aut quod me ipsum laudibus uexit Nam lẽma sibi sũpsit quod ego interdum uersibus ludo. Atque adeo iudicii mei te iudicem faciam: si mihi ex hoc

ipso lemmate secundus uersus occurrerit: nam cæteros teneo & iam explicui. Canto carmina uersibus minutis his olĩ quibus & meus Catullus & Caluus ueteresq;. Sed quid ad me unus Plinius est. Mihi priores mauult uersiculos foro relicto & quærit quod amet putatque amari. ille Plinius ille. Quid Catones. I nũc quisquis sapias amare noli. Vides q̃ accuta omnia q̃ apta q̃ expressa. Ad hunc gustum totum librum re promitto: quem tibi ut primum publicauerit exhibebo. Interim ama iuuenem & temporibus nostris gratulare si pro ingenio tali quod ille moribus adornat uiuit cum Spurina: uiuit cum Antonino: quoꝝ alteri affinis: utrique contubernalis est. Possis ex hoc facere cõiecturã q̃ sit emendatus adolescens qui a grauissimis senibus sic amatur. Est enim illud uerissimum

Vale.

C. Plinius Iulio Seuero suo salutem.

Erenius seuerus uir doctissĩus magni æstĩat in bibliotheca sua ponere imagines municipium tuoꝝ Cornelii nepotis & Titi atii petitq; si sũt istic ut esse credibile est exscribendas pinguendasque delegem. Quã curam tibi potissimũ iniungo: primum quia desideriis meis amicissĩe obsequeris: Deinde quia tibi studiorum summa reuerentia: summus amor studiosorum: postremo q patriam tuam omnisque qui nomen eius auxerunt ut patriam ipsam ueneraris & diligis.

Peto ut pictorem q̄diligentiſſimū aſſumas. Nā cum eſt arduum ſimilitudinem effigere ex uero tum longe difficilima eſt imitationis imitatio. Quare rogo ut artificem quem elegeris ne in melius quidem ſinas aberrare. Vale.

C. Plinius Romano ſuo ſalutem.

VIa tu cū proxime res agentur quoquo modo ad iudicandum ueni: Nihil eſt ꝙ in dextrā aurē fidutia mei dormias: non impune ceſſatur. Ecce Licinius nepos prætor acer & fortis uir multam etiam dixit Senatori: Egit ille in ſenatu cauſam ſuā: egit autem ſic ut deprecaretur: remiſſa eſt multa: ſed timuit: ſed rogauit: ſed opus uenia: fuit. dices non omnes prætores tam ſeueri. falleris. Nam uel inſtituere uel reducere eiuſmodi exemplum non niſi ſeueri inſtitutum reductūue exercere etiam leniſſimi poſſunt. Vale.

C. Plinius Surræ ſuo ſalutem:

ATtuli tibi ex patria mea pro munuſculo quæſtionem altiſſima iſta eruditione digniſſimam: Fons oritur in monte: per ſaxa decurrit: excipitur cœnatiuncula manu facta. Ibi paululum retentus in larium lacum decidit: huius mira natura. Ter in die ſtatis auctibus. ac diminutionibus creſcit decreſcitque. Cernitur id palam et cum ſumma uoluptate deprehenditur Iuxta recumbis & ueſceris. Atque etiam ex ipſo fonte nam eſt frigidus potas. interim ille certis dimenſiſque momentis uel ſubtrahitur uel

assurgit. Annulum seu quid aliud ponis in sic-
co alluitur sensim ac nouissime operitur dete-
gitur rursus paulatimque deseritur: Si diutius
obserues utrunque iterum atque tertio uideas.
Spiritus ne aliquis occultior os fontis & fauces
modo laxat modo includit prout in latus occur-
rit aut decessit expulsus? Quod in ampulis cæ
terisque generis eiusdem uidemus accidere qbus
non hians nec statim patens exitus: Nam illa
quoque quanq̄ prona & uergentia per quasdam
obluctantis animæ moras crebris quasi singulti-
bus sistunt: quod effundunt. An quæ oceano
natura fonti quoque? quaque illa ratione aut
impellitur aut resorbetur ac modicus hic humor
uicibus alternis supprimitur uel egeritur. An
ut flumina quæ in mare deferuntur aduersanti-
bus uentis obuioq; æstu retorquētur: ita est aliqd
quod huius fōtis excursū p momēta repercutiat
An latentibus ueīs certa mensura? quæ dū col-
ligit quod exhauserat minor est riuus & pigrior
Is cū colligit agilior maiorque profertur. An
nescio quod liberamētū abditū & cæcū quod cū
exinanitum est suscitat & elicit fontem: cum re-
pletur moratur & strangulat. Scrutare tu causas
potes enim quæ tātum miraculū efficiunt mihi
abunde est si satis expressi quod efficitur. Vale.

Liber C. Plinii epistolarum Quintus Incipit.

C. Plinius Seuero suo Salutem.

Legatum mihi obuenit modicum sed amplissimo gratius. Cur amplissimo gratius? Pōponia Galla exhæredato filio Assudio Curiano hæredem reliquerat me: dederat cohæredes Sertoriū seuerū prætorium utrū aliosq; splendidos equites romanos. Curianus orabat ut sibi donarem portionem meā: seq; præiudicio iuuarem. Eandem tacita conuētione saluam mihi pollicebatur. Respondebam non conuenire moribus meis aliud palā. aliud agere secreto. præterea non esse satis honestum donare & locupleti & orbo: In summa non profuturum ei si donassem: profuturum si cessissem. esse autem me paratum cedere si inique exheredatū mihi liqueret. Ad hoc ille. rogo cognoscas. Cunctatus paulum. faciam inq̄. Neq; enim uideo cur me minorem putem q̄ tibi uideor. Sed iam nunc memento non defuturā mihi constantiam si ita fides duxerit secundum matrē tuam pronuntiandi. Vt uoles ait. Voles enī quod æquissimum. Adhibui ī consiliū duos quos tūc ciuitas nostra spectatissimos habuit Corelium & Frontinū. his circundatus in cubiculo meo sedi. Dixit Curianus quæ ꝓ se putabat. Respōdi paucis ego. Nec enim aderat alius qui defunctæ pudorem tueretur. Deinde decessi & ex consilii sententia Videtur inq̄ Curiane mater tua multas habuisse causas irascendi tibi. Post hoc ille cum cæteris subscripsit centumuirale iudiciū mecū nō subscripsit

Appetebat iudicii dies. Cohæredes mei componere & transigere cupiebant non diffidentia causæ sed metu temporum. Verebantur ꝙ uidebant multis accidisse ne ex cẽtumuirali iudicio capitis rei exirẽt Et erant qdam ĩ illis quibus obiici & gratillæ aĩcitia & rustici posset. Rogant ut cum Curiano loquar. Conuenimus in ædem concordiæ. Ibi ego si Mater inq̃ te ex parte quarta scripsisset hæredẽ: non queri posses. Quid hæredem quidem instituisset ex asse. sed legatis ita exhausisset ut non amplius apud te q̃ quarta remaneret? Igitur sufficere tibi debet si exhæredatus a matre quartã partem ab hæredibus eius accipias: quam tamen ego augebo. scis te non subscripsisse mecum & biennium transisse omniaque me usucepisse. Sed ut te cohæredes mei tractabiliorẽ experiantur: utq; tibi nihil abstulerit reuerẽtia mei offero pro mea parte tantundem. Tuli fructum nõ cõscientiæ modo uerũ etiã famæ. Ille ergo Curianus legatum mihi reliquit: & factum meum nisi forte blandior mihi antiquorũ notabili more signauit. Hæc tibi scripsi quia de omnibus quæ me delectãt uel angunt non aliter tecum q̃ mecum loqui soleo. Deinde quod durum existimabam te amantissimũ mei fraudare uoluptate quam ipse capiebam. Nec enim sum tam sapiens ꝙ nihil mea intersit an iis quæ honestæ fecisse me credo testificatio quædam & quasi præmium accedat. Vale.

C. Plinius Flacco suo Salutem dicit.

Accepi pulcherrimos turdos: cũ quibus parẽ calculũ ponere nec urbis copiis ex Laurentino

nec maris tã turbidis tempestatibus possũ. recipies ergo epistolas steriles & simpliciter ĩgratas ac ne illã quidem solertiã Diomedis in permutando munere imitantis. Sed quæ facilitas tua hoc magis dabis ueniam ꝙ se non mereri fatentur. Vale

C. Plinius Aristoni suo Salutem

CVm plurima officia tua mihi grata & iucũda sunt: tum uel maxime ꝙ me cælandum non putasti fuisse apud te de uersiculis meis multum copiosumq; sermonem eumq; diuersitate iudicioꝝ longius processisse. extitisse etiam quosdam qui scripta quidem ipsa non improbarent: me tamen amice simpliciterq; reprehenderent: ꝙ hoc scriberẽ recitaremq;. Quibus ego ut augeam meam culpã ita respondeo. facio nõnunquam uersiculos seueros parum. facio & comœdias. audio & specto mimos. & Lyricos lego & Socraticos intelligo. aliquando præterea rideo. iocor. ludo. utq; omnia innoxia remissionis genera breuiter ãplectar homo sum. Nec uero moleste fero hanc esse de moribus meis existimationem. Vt qui nesciunt talia doctissĩos. grauissimos. sanctissimos homines scriptitasse me scribere mirentur. Ab illis autem quibus notum est quos quãtosque auctores sequar facile impetrari posse confido ut errare me sed cum illis sinãt quoꝝ non seria modo uerum lusus etiam exprimere laudabile est. An ego uerear neminem uiuentium ne quam in speciem adulationis incidam nominabo. Sed ego uerear ne me non satis deceat quod decuit. M. Tullium C. Caluum Asiniũ Pollionem M.

Messallam. Q. Hortensium M. Brutũ L. Syllã Q. Catulum Q. Scæuolam Ser. Sulpiciũ Varronem Torquatum immo torquatos C. Mẽmium Lentulum. Getulicum Annæum Senecã & proxĩe Virginium Ruffum & si non sufficiunt exempla priuata. Diuum Iulium Diuum Augustũ Diuũ Neruam. T. Cæsarem. Neronem enĩ trãseo: q̃uis sciam non corrumpi indeterius quæ etiam a malis aliquando sed honesta manere quæ sæpius a bonis fiũt: inter quos uel præcipue numerãdus ẽ P. Virgilius Cornelius nepos & prius Ennius Actiusq; Non quidem hi senatores: sed sanctitas morum nõ distat ordinibus. Recito tamẽ quod illi an fecerint Nescio etiã sed illi iudicio suo poterant esse cõtẽti: mihi modestior constantia est q̃ ut satis absolutum putem quod a me probetur. Itaque has recitandi causas sequor. Primũ ꝙ ipse qui recitat aliquando acrius scriptis suis auditorum reuerentiam intẽdit Deinde ꝙ de qbus dubitat quasi ex consilii sentẽtia statuit. Multa etiam a multis admonetur & si nõ admoneatur quid quisq; sentiat perspicit ex uultu oculis: nutu: manu: murmure: silentio. quæ satis apertis notis iudicium ab humanitate discernunt. Atque adeo si cuĩ forte eorũ qui interfuerunt curæ fuerit eadem illa legere: intelliget me quædam aut cõmutasse aut præterisse fortasse etiã ex suo iudicio q̃uis ipse nihil dixerit mihi. Atque ita hoc disputo quasi populum in auditorium non in cubiculum amicos aduocarĩ: Quos plures habere multis gloriosum: reprehensioni nemini fuit. Vale

C. Plinius Valeriano suo Salutem

Res parua sed initiũ nõ paruũ. Vir prætorius solers a senatu petit ut sibi instituere in agris suis nundinas permitteretur. Contradixerunt Vicentinorum legati. affuit Tuscillus nominatus. dilata causa est alio senatu. Vicentini sine aduocato intrauerunt. dixerunt se deceptos lapsi ne uerbo: An quia ita sentiebant. Interrogati a nepote prætore quẽ docuissẽt responderũt: q̃ prius interrogati an tunc gratis affuissent responderunt Sex milibus nũmum an rursus aliquid dedissẽt. dixerunt mille denarios. Nepos postulauit ut nominatus iuduceretur. hactenus illo die. Sed quãtũ auguror lõgius res procedet. Nam pleraque tacita tantũ & omnino commota latissime serpunt. Erexi aures tuas q̃diu nunc oportet q̃blande roges ut reliqua cognoscas si tamen nõ ante ob hæc ipsa ueneris Romam spectatorque malueris esse q̃ lector. Vale

C. Plinius Maximo suo Salutem

Nunciatur mihi C. Faniũ decessisse: q nũcius graui me dolore confudit. primũ quia amaui hominem elegantem & disertum: deinde q̃ iudicio eius uti solebam. Erat enim natura acutus. Usu exercitatus. uarietate prõptissimus. Angit me sup ista casus ipsius. decessit ueteri testamento. omisit quos maxime diligebat: ꝓsecutus est q̃bus offẽsior erat. Sed hoc ut cunque tolerabile: grauius illud q̃ pulcherrimum opus imperfectum reliquit: q̃uis enim agendis causis distringeretur: scribebat tamẽ exitus occisoꝝ aut relegatorum a Nerone: & iam

tres libros absoluerat. subtiles. & diligētis & latios. atque inter sermonem historiamque medios. Ac tanto magis reliquos perficere cupiebat quanto frequentius hi lectitabantur. Mihi autem uidetur acerba semper & immatura mors eorū qui īmortale aliquid parāt. Nam qui uoluptatibus dediti quasi in diem uiuunt: uiuendi causas quotidie finiunt Qui uero posteros cogitant & memoriā sui opibus extendunt: his nulla mors nō repentina est: ut quæ semper incohatum aliquid abrumpat. C. quidem Fanius quod accidit multo ante præsensit. Visus ē sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo cōpositus in habitu studentis habere ante se scriniū ita ut solebat. Mox imaginatus uenisse Neronem ī thoro resedisse. prompsisse librum primū quoniā de sceleribus eius ediderat: cumque ad extremum reuoluisse. idem in secundo ac tertio fecisse. tunc abisse. expauit. et sic interpretatus est tanquā idē sibi futurus esset scribēdi finis qui fuisset illi legēdi & fuit idem. Quod me recordantē miseratio subit quantum uigiliarum quantum laboris exhauserit frustra. occursāt aīo mea mortalitas. mea scripta. Nec dubito te cum eadem cogitatione terreri pro istis quæ īter manus habes. Proinde dum suppetit uita enitamur ut mors q̄paucissīa quæ abolere possit inueniat. Vale.

C. Plinius Appolinari suo Salutem

Amaui curam et solicitudinem tuam: qui cū audisses me æstate Tuscos meos petiturū ne facerē suasisti: dum putas insalubris. et sane grauis et

pestilens ora Thuscorum quæ per littus extēditur.
Sed hi procul a mari recesserunt: quinetiam Ap-
penino saluberrimo montium subiacēt. Atq; adeo
ut omnem pro me metum ponas: accipe temperiē
cæli. regioīs situm. uillæ amœnitatem: quæ & tibi
auditu & mihi relatu iocunda erunt. Cælum est
hyeme frigidum & gelidum. myrtos oleas quæque
alia æstiuo tempore lætantur aspernatur & respuit
Laurum tamen patitur atque etiam nitidissimam
profert interdum sed non sæpius q̃ sub urbe nostra
necat. Aestatis mira clementia. semper aer spiritu
aliquo mouetur: frequentius tamen auras q̃ uentos
habet hinc senes multos uideas. auos proauosque.
Iam iuuenum audias fabulas ueteres sermonesque
maiorū. Cum ueneris illo putes te alio seculo natū
Regionis forma pulcherrima. imaginare Amphi-
theatrum aliquod īmensū et quale sola rerū natura
possit effingere. Lata et diffusa planities montibus
cīgitur. Montes summa sui parte procera nemora
et antiqua habent. frequens ibi et uaria uenatio.
Inde crebræ siluæ cum monte ipso descendunt: has
inter pingues terrenique colles (neque enim facile
usq̃ saxum etiam si quæratur occurrit) planissimis
campis fertilitate non cedunt: optimamque messē
serius tantum sed non minus percoquit. Sub his
perlatus omnes uineæ porriguntur. Vnamq; faciē
longe lateque contexunt. Quarum a fine imoque
quasi margine arbusta nascūtur. prata inde cāpiq;.
Campi quos non nisi ingentes boues & fortissima
aratra perfringunt: tantis glebis tenacissimū solū

cum proſecatur. aſſurgit ut demum nono ſulco perdometur. Prata florida & gemma trifoliũ aliaſq; herbas teneras ſẽperque molles & quaſi nouas alũt: Cuncta enim perennibus riuis nutriuntur. Sed ibi aquæ plurimũ: palus nulla quia deuexa terra q̃cq̃d liquoris accipit nec abſorbuit effundit in Tiberim. Medios ille agros ſecat nauium patienſ: omniſque fruges deuehit in urbem hyeme dumtaxat & Vere æſtate ſummittitur immenſique fluminis nomen arenti alueo deſerit: Autunno reaſſumit. Magnã capies uoluptatem ſi hunc regionis ſitum ex monte proſpexeris: Neque enim terras tibi ſed formam aliquam ad eximiam pulchritudinẽ pictã uideberis cernere: ea uarietate ea deſcriptione quocunque inciderint oculi reficiuntur. Villa in colle imo ſita proſpici quaſi ex ſummo: ita leuiter & ſẽſim cliuo fallente conſurgit ut cum aſcendere te non putes ſentias aſcendiſſe. A tergo Appenninũ ſed lõgius habet. Accipit ab hoc auras. quamlibet ſereno & placido die nõ tamen acres & immodicas ſed ſpacio ipſo laſſas & infractas. magna ſui parte meridiem ſpectat: æſtiuumq; ſolem ab hora ſexta: hybernum aliquanto maturius: quaſi inuitat ĩ porticum latã & pro modo longam: Multa in hac membra. atriũ etiã ex more ueterum. ante porticũ xyſtus cõciſus in plurimas ſpecies diſtinctuſque buxo: demiſſus inde pronuſque puluinuſ cui beſtiarum effigies ĩuicẽ aduerſas buxus inſcripſit. Achantus ĩ plano mollis & pene dixerĩ liquidus. ambit hũc ãbulatio preſſis uarieq; tõſis uiridibus incluſa ab his geſtatio

ĩ modum circi quæ buxum multiformẽ humilisq;
& retẽtas manu arbusculas circuit. omnia maceria
muniuntur. hãc gradata buxus operit & subtrahit
Pratum inde nõ minus natura q̃ superiora illa arte
uisẽdum. Campi deinde. porro multaq; alia prata
& arbusta. A capite porticus Triclinium excurrit
ualuis Xystum desinentem & protinus pratũ mul-
tũq; ruris uidet fenestris. hac latus Xisti & quod
prosilit uillæ ac adiacentis Heliodromi nemus co-
masq; prospectat. Contra mediam fere porticum
zeta parũ recedit cĩgit areolã quæ quatuor platanis
ĩumbratur: Inter has marmoreo labro aqua exũdat
circumiectasque platanos & subiecta platanis leni
aspergine fouet. Est ĩ hac Zeta dormitoriũ cubiculũ
quod die clamorem sonum excludit. iũctaq; quoti-
diana amicorum cœnatio. Areolam illã porticus
alia eademque omnia quæ porticus aspicit. est &
aliud cubiculum a proxima platano uiride & um-
brosum marmore excultum podiotenus nec cedit
gratiæ marmoris Ramos insidentesque ramis aues
imitata pictura fonticulus. In hoc fonte crater circa
si punculi plures miscẽt iucũdissimum murmur.
ĩ cornu porticus amplissimũ cubiculum Triclinio
occurrit: Aliis fenestris Xistũ. aliis despicit pratũ
Sed ante piscinam quæ fenestris seruit ac subiacet.
strepitu uisuque iucunda. Nam ex edito desiliens
aqua suscepta marmore albescit. Idem cubiculum
hieme tepidissimum quia plurimo sole perfũditur
Coheret hypocauston & si dies nubilis immisso
uapore solis uicem supplet. Inde apoditeriũ Balinei

laxũ & hilare excipit cella frigidaria ĩ q̃ sphæristeriũ amplum atque opacũ. Si natare latius aut tepidius uelis in area piscina est. in proximo puteus ex quo possis rursus astringi si pœniteat tẽporis frigidariæ cellæ connectitur media cui sol benignissimæ est præsto. caldariæ magis. prominent enim ĩ hac tres discessiones duæ in sole tertia a sole longius a luce non longius a podyterio superpositum est. Sphæristerium quod plura genera exercitationis: plurisq; circulos capit nec procul a balineo scalæ quæ ĩ cryptoporticum ferunt: prius ad dietas tris. harũ alia areolæ illi in qua platani quatuor: alia prato: alia uineis iminet diuersis. diuersasque cæli partes ut prospectus habet. In summa cryptoporticũ cubiculũ ex ipso cryptoporticu excisum quod hippodromũ uineas. montes intuetur. Iungitur cubiculũ obuiũ soli maxime hyberno. hinc oritur Zeta quæ uillæ hippodromũ adnectit. hæc facies. hic usus a fronte a latere. æstiua cryptoporticus in edito posita quæ non aspicere uineas sed tangere uidetur. In media Triclinium saluberrimum afflatum ex appeninis uallibus accipit. Post latissis fenestris uineas ualuis æque uineas sed p cryptoporticum quasi admittit a latere Triclinii quod fenestris caret: scalæ cõuiuio utilia secretiore ambitu suggerũt. In fine cubiculũ cui nõ minus iucundum prospectũ cryptoporticus ipsa q̃ uineæ præbent. Subest cryptoporticus subterraneæ similis æstate incluso frigore riget cõtẽtaq; aere suo nec desiderat auras nec admittit post utrãq; cryptoporticũ unde tricliniũ desinit ĩcipit porticus

ante medium diem hyberna iclinato die æstiua. hac adeuntur dietæ duæ quarũ in altera cubicula q̃tuor altera tria ut circuit sol aut sole utũtur aut umbra. Hanc dispositionem amœnitatemq; tecto℞ longeq; præcedit hippodromus. medius patescit. statimq; intrãtium oculis totus offertur. platanis circuitur. Ille edera uestiuntur utq; sũme suis ita imæ alienis frondibus uirent. Edera truncum & ramos perrat uicinasq; platanos transitu suo copulat. has buxus interiacet. Exteriores buxos circunuenit Laurus. Vmbræque platanorum suam confert. Rectus hic hippodromi limes: ĩ extrema parte hemicyclo frã-gitur: mutatque faciẽ. Cupressis ãbitur & tegitur densiore umbra opacior nigriorque interioribus circulis sũt enim plures purissimum diem recipit Inde rosas effert: umbrarumque frigus nõ ingrato sole distĩguit. Finito uario illo multiplicique cur-uamine recto limite redditur ne huic uni. Nã uiæ plures ĩtercedẽtibus buxis diuidũtur: alibi pratulũ alibi ipsa buxus interuenit ĩ formas mille descripta litteris interdum quæ modo nomen domini dicunt modo artificis: alternis metulæ surgunt: alternis inserta sunt poma & in opere urbanissimo subita uelut in lati ruris imitatio mediũ in spaciũ breuio-ribus utrinq; platanis adornatur. Post has achãtus hinc ĩde lubricus & flexuosus. deĩde plures figuræ pluraque nomina. in capite stibadiũ candido mar-more uitæ protegitur: Vitem quatuor columelæ caristiæ subeunt: e stibadio aqua uelut expressa cu-bantium pondere siponculis effluit. cauato lapide

ſuſcipitur . gracili marmore continetur atque ita
occulte uerberatũ ut impleat nec redundet . Guſta-
torium grauiorque cœnatio margini ĩpoĩtur leuior
nauicularum & auiũ figuris ĩnatans circuit . cõtra
fons egerit aquam & recipit nam expulſa in altum
ĩ ſe cadit iunctiſq; hiatibus & abſorbetur & tollitur
e regione ſtibadii aduerſum cubiculum tantum
ſtibadio reddit ornatus : quantum accipit ab illo . a
marmore ſplendet ualuis inuiridia prominet texit
alia uiridia ſuperioribus atq; inferioribus feneſtris
ſuſpicit deſpicitque . Mox zetecula refugit quaſi ĩ
cubiculum idem atq; aliud lectulus : hinc & undiq;
feneſtræ & tamẽ lumen obſcurum umbra premẽte
Nam lætiſſima uitis per omne tectum in culmen
nititur & aſcẽdit . Non ſecus ibi q̃ ĩ nemore iaceas :
imbrem tantum tanq̃ in nemore non ſentias . hic
quoq; fons naſcitur : ſimulq; ſubducitur : ſũt locis
pluribus diſpoſita ſedilia e marmore : quæ ambula-
tione feſſos ut cubiculum ipſum iuuant . fonticuli
ſedibus adiacent per totum hippodromum ĩductis
fiſtulis : ſtrepũt riui & qua manus duxit ſequũtur .
his nunc illa uiridia nunc hæc interdum ſimul oĩa
lætantur : uitaſſem iamdudum ne uiderer argutior
niſi propoſuiſſem omnes angulos tecum epiſtola
circuire . Neq; enĩ uerebar ne laborioſum eſſet tibi
legenti quod abſenti non fuiſſet : præſertim cum
interquieſcere ſi liberet depoſitaque epiſtola quaſi
reſidere ſæpius poſſes : præterea incluſi amori meo
amo enim quæ maxima ex parte ipſe inchoaui aut
inchoata percolui . In ſumma cur non aperiam tibi

uel iudicium uel errorem ? Primum ego officium scriptoris existimo ut titulum suũ legat : & idētidē īterroget se quid cœperit scribere : sciatq; si materiæ īmoratur non esse longum : longissimum si aliqd accersit atq; attrahit . Vides quot uersibus Homerus quot Virgilius arma hic æneæ Achillis ille describat : breuis tamē uterque est quia facit quod īstituit . Vides ut aratus minutissima etiam sydera consectetur & colligat ? modum tamen seruat . Nō enim excursus hic eius sed opus ipsũ est . Similiter ut parua magnis : cum totam uillam oculis tuis subiicere conamur si nihil inductũ & quasi deuiũ loquimur : non epistola quæ describit sed uilla quæ describitur magna est . Verum illuc unde cœpi ne secundum legem meam iure reprehendar si lōgior fuero in hoc in quo excessi . habes causas cur ego Thuscos meos Tusculanis Tiburtinis Prænestīisq; meis præponam . Nam super illa quæ retuli altius ibi ocium & piguius eoq; securius . nulla necessitas togæ . nemo accersitur ex proximo . placida omnia & quiescētia ꝗ salubritate regionis ut purius cælũ ut aer liquidior accedit . ibi aio : ibi corpore maxime ualeo : Nā studiis animũ : uenatu corpus exerceo : mei quoq; nusquam salubrius degunt : usq; adhuc certe nemīnē ex his quos eduxeram mecum : uenia sit dictu ibi amisi : dii modo imposterum hoc mihi gaudium hanc gloriam loco seruent . Vale .

C. Plinius Caluisio suo Salutem

NEc hæredem instituī nec præcipere posse rem pu . constat . Saturninus autē qui nos reliquit

hæredes quadrantẽ rei pu. nostræ deinde quadrãtẽ præceptionem quadringẽtorum millium dedit hoc si uis aspicias irritum: si defuncti uoluntatẽ ratũ et firmum est. Mihi autẽ defuncti uoluntas uereor q̃m ĩ partẽ Iurisconſ. quod sim dicturus accipiãt Antiquior iure est utiq; in eo quod ad communem patriam uoluit peruenire an cui de meo his adiiciẽs contuli huic. cccc. millium paulo amplius tertiam partẽ ex aduẽtitio denegem. scio te quoq; a iudicio meo non abhorrere cum eandem rem pub. ut ciuis optimus diligas. Velim ergo cũ proxime decurioẽs contrahentur quid sit iuris dices. parce tamen & modeste: deinde subiũgas nos. cccc. millium sicut præcepit Saturninus illius hoc munus illius liberalitatis tamẽ obsequium uocetur: hæc ego scribere publice supersedi: primũ q̃ memineram pro necessitudine amicitiæ tuæ & debere te & posse fieri de meis actibus partibus fungi: deinde quia uerebar ne modum tibi quem in sermone custodire facile ẽ tenuisse in epistola non uiderer: Nam sermonem uultus gestus: uox ipsa moderatur: epistola oĩbus cõmẽdationibus destituta malignitatẽ ĩterpretãtiũ exponit. Vale.

C. Plinius Capitoni suo Salutem

SVades ut historiam scribã: & suades nõ solus multi me hoc sæpe monuerunt: & ego uolo non quia commode facturum esse confido: id enĩ temere credas nisi exptus: Sed quia mihi pulchrũ in primis uidetur non pati occidere qbus æternitas debeatur: aliorumq; famã cum sua extendere. Me

autem nihil æque ac diuturnitatis amoris cupido sollicitat res homine dignissimæ præsertī q nullius sibi conscius culpæ posteritatis memoriam non reformidet: Itaqꝫ diebus ac noctibus cogito si qua me quom possim tollere humo. Id enim uoto meo sufficit illud supra uotum: uictorqꝫ uirū uolitare per ora q̄q̄. o. Sed satis est quod prope sola historia polliceri uidetur: oratiōi enī & carmini ꝑua gratia nisi eloquentia est summa. historia quoquomodo scripta delectat: Sunt enim homines natura curiosi & qualibet nuda rerum cognitione capiuntur: ut qui sermunculis etiam fabellisque ducantur me uero ad hoc studium impellit domesticū exemplū. Auunculus meus ideqꝫ ꝑ adoptionē pater historias & quidem religiosissime scripsit. Inuenio autem apud sapientis honestissimum esse maiorū uestigia sequi: si modo recto itinere præcesserint. Cur enī cū tot egi magnas & graues causas has etiā si mihi tenuis ex his spes destino retractare ne tantus ille labor meus nisi hoc quod reliquum est studii addidero mecum pariter intercidat. Nam si rationem posteritatis habeas quicquid non est peractum pro non inchoatū dices potes simul & rescribere actioēs & componere historiam. Vtinā. Sed utrūmqꝫ tam magnum est ut abunde sit alterum efficere. Vnde uicesimo ætatis anno dicere in foro coepi: & nunc demum quid præstare debeat orator adhuc tamen per caliginē uideo: qd si huic oneri nouū accesserit. habet quidē oratio & historia multa cōmunia: sunt plura diuersa ī his ipsis quæ coīa uidentur. Narrat

illa. narrat hæc. sed aliter. hinc pleraq; humilia & sordida & ex medio petita. illi oia recondita: splẽdida: excelsa cõueniũt. hanc sæpius ossa: musculi: nerui: illam tori quidam & quasi tubæ decẽt. Hæc uel maxime ui: amaritudine: instantia: illa tractu & suauitate atq; etiam dulcedine placet. Postremo alia uerba: alius sonus: alia constructio. Nã plurimũ refert ut thucydides ait: Itẽ asinta nagonisma: quorꝝ alterꝝ oratio alterꝝ historia: & ex his causis nõ abducor ut duo dissimilia & hoc ipso diuersa ꝙ maxia confundã misceãq; ne tanta quasi colluuiõe turbatus ibi faciam quod hic debeo quæ interĩ ueĩet ne a forensibus uerbis recedam aduocãdi peto. Tu tamen iam nunc cogita quæ potissimum tempora aggrediamur. Vetera & scripta aliis pata ĩquisitio: sed onerosa collatio. intacta & noua graues offensæ leuis gratia. hanc præterea ꝙ in tantis uitiis hoĩum plura culpanda sunt q̃ laudanda. tum si laudaueris parcus si culpaueris nimius fuisse dicaris. hæc aũt me nõ tardant: est enim mihi pro fide satis animi. illud peto præstruas ad quod hortaris eligasq; materiã ne mihi tã scribere pato alia rursus cũctationis & moræ iusta ratio nascatur. Vale.

C. Plinius Saturnino suo Salutem

VArie me adfecerunt litterae tuæ: nam partĩm læta partim tristia continebant. Læta ꝙ te in urbe teneri nunciabant: nollem ĩquis sed ego uolo. præterea ꝙ recitaturũ statĩ ut uenissẽ pollicebãtur. Ago gratias ꝙ expector: Triste illud ꝙ Iulius ualẽs grauiter iacet: quãq̃ ne hoc quidem triste si Iulius

utilitatibus æstimetur q̄maturissime inexplicabili morbo liberari. Illud plane non triste solum uerũ etiam luctuosum q̄ Iulius auitus decessit: dum ex quæstura redit. decessit in nauem procul a fratre amãtissĩo. procul a matre a sororibus. nihil ista ad mortuũ ptinẽt: sed ptinuerũt cũ moreretur. ptinẽt ad hos qui supsunt. iam q̄ ĩ flore primo tãtæ ĩdolis iuuenis extinctus est sũma cõsecuturus si uirtutes eius maturuissẽt: q̄ ille studio℞ amore flagrabat q̃tũ legit quãtũ etiã scripsit: quæ nunc oĩa cũ ipso sine fructu posteritatis aruerũt: Sed quid ego indulgeo dolori cui si frenos remittas nulla materia nõ maxĩa est. finẽ epistolæ faciã: ut facere possĩ etiã lacrimis quas expressit epistola. Vale.

C. Plinius Antonino suo Salutem

TVm uersus tuos æmulor: tũ maxĩe q̃sit boni expior: Vt enĩ pictores pulchrã absolutamq̄ faciẽ raro nisi in peius effigũt: ita ego ab hoc archetypo laboro & decido. Quo magis hortor ut q̄plurima pferas: quæ imitari oẽs cõcupiscãt nemo aut paucissimi possint. Vale.

C. Plinius Tranquillo suo Salutem

Libera tandẽ hendecasyllaborũ meo℞ fidem q̄ scripta tua coĩbus aĩcis spopõderũt: appellãtur quotidie & flagitãtur: ac iã piculũ ẽ ne cogãtur ad exhibẽdũ formulam accipere. sume ipse ĩ edẽdo hæsita tortuosa tamen: meam quoque cũctationem tarditatẽq̄ uicisti. Proinde aut rumpe moras: aut caue ne eosdẽ istos libellos quos tibi hendecasyllabĩ nostri blanditiis elicere non possũt: cum uitiosius

